




27 a 7.



+  
Leitao se perdo em mancia  
da la portezia si se pidie  
leiten por q' no se de  
or d'le foye n do allos tra  
nos tr' bas par n q' se is compa  
on... no mayo des de auto




BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sale:	A
Esiste:	40
Numero:	283




27 a 7.

este libro se perdo sin mancha  
aqui en la porteria si le pidiese  
se le den por q no se de caso  
por dide fruyendo a los tra  
unos libros para q se los compra  
sen en mayordess q autos



11111111

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	40
Numero:	283



*R. 13136*  
*Del fol. de l'emp. de l'Isle de France*


IOANNIS CHERADAMI

*J. B.*

ALPHABETVM LINGVAE SAN.  
CTAE, mystico intellectu refertum.



Parisijs apud Aegidium Gormontium, sub scuto  
Colonienfi, in via Iacobæa, 1532



# Pauli Paradisi Ve

NETI, HÆBRAICARVM LIT-  
terarū Regii interpretis, de modo legendi  
hæbraicè, dialogus. Interlocutores Mar-  
tialis Goueanus, Matthæus Budæi filius.

Martialis.

**N**ihil est nimirū mi Matthæe,  
quod hoc tempore malim, quā  
ex Paradiso præceptore nostro  
nuper audita recordari: Vbi de  
lingua sancta differebat, atque

paucis artem in compendium redigebat.

Matth. Multa sanè pulchra, atque cōmo-  
da huiusce linguæ studiosis protulit, quæ  
nunc lubens tecum ad recentem memoriā  
reuocarem. Mart. Dic igitur quæso (si mo-  
do memores) cur sanctam eam nōnulli ap-  
pellare soleant. Math. Dixisse eum opinor  
huiusce linguæ multa extare scripta, quæ  
facto sancta dubio procul habentur, nem-  
pe Mosaicam legem, prophetas, euangeliū  
Matth. (quod paucis abhinc diebus Paradi-  
sus noster & propter uetustatem nimiam,  
& Iudæorum iniuriā iam multis antè secu-

lis deperditum suæ gēti, ac antiquitati pri-  
stinae restituere conatur) complurāq; alia,  
quæ non est nunc memorādi locus. Mart.  
Atqui omittis rationem aliam, qua sancta  
dicatur, nempe quod Christus unctio no-  
stra hac lingua usus fuisse perhibeatur.  
Mat. Excidit quoque mihi memoria, cur  
eadem sit & hæbræa dicta, arbitrarise ab  
Abrahā uetere illo patriarcha אַבְרָהָם no-  
menclaturam retinuisse? Mart. Minime to-  
ta enim, quod aiunt, uia errare, & prorsus  
orthographiam ignorare uidentur huius di-  
ctionis עֵבֶר hæbræa qui talem huius ap-  
pellationis adferunt rationem. Scribitur  
enim per ׀ literā, אַבְרָהָם Abraham uero  
per א. Matthæus. Quin tu igitur expe-  
dis, & ipsam rem statim quasi acu attin-  
gis? Mart. Ab עֵבֶר heber nimirum ne-  
pote Noë nomē habet. Matth. Ita utique  
rem habere facile crediderim. Sed his omis-  
sis, quæ nihil ad artem legēdi quicquam  
conducunt, primum ea repetamus quæ de  
lectionis ratione audiuimus. Quæ profe-  
cto ut res ardua est, sic haud scio num etiā  
maxime necessaria omniū, quæ sunt in lin-

gua sancta. Mart. Latinos igitur ille dice-  
bat ordine, gradūque præpostero: hæbræos  
autē solos directo legere, ac scribere, quod  
ipsi uidelicet à dextra incipiētes, ad læuam  
progrediantur, quod ipsum, inquit, est re-  
cte incedere astrorū more, quæ ab occidēte  
quæ mūdi dextera pars est oriētē uersus pro-  
prio & naturali motu ferūtur. Mat. Hoc  
mihi admodū placet, ac probatur, sed quot  
nā habent characteres siue figuras? Mart.  
uiginti septē quidē habēt figuras, sed uigin-  
ti duo tantū sunt literarū nomina. Mat.  
Quinq; autem reliquæ figuræ ad quid ser-  
uiunt? Mar. Sunt quinque literæ, quæ ali-  
ter figurātur si sint in fine dictionis, quàm  
si fuerint in principio, siue in medio. appel-  
lationem tamen retinent etiam in fine di-  
ctionis. Matth. At quonā nomine. appel-  
lantur hæ quinque literæ quando sunt in  
fine dictionis, & mutata figura? Mart. Fi-  
nales, & duplices. Matth. Cur finale sequi-  
dem scio, nempe quod in fine. Sed quamob-  
rè duplices dicūtur penitus ignoro. Mart.  
Quia duplicibus figuris depingūtur quinq;  
hæ literæ, nempe in principio aut in medio

dictiōis, sic, **ב** caph. **מ** mē. **נ** nū. **ד** pe. **ו** v. tsade  
In fine uerò, sic **פ** **א** **י** **ו** **ך** Mat. Probe hæc i  
telligo: sed ut possimus memoria nostra reti  
nere quinque illas literas, quas duplices uo  
cat, nōne eas dixit cōtineri in aliquo symbo  
lo, siue uocabulo artis? Mart. Hoc dixit  
**מנעפך** mācepach. Mat. Estne lingua Hæ  
bræa muta, quæ uocalibus careat, cū literas  
dixerit omnes esse consonātes? Mart. Tres  
sunt literæ, quæ in hac dictione artis cōtinē  
tur. **א** Eui, quæ nōnunq̄ sunt uocales, & ali  
quando consonātes. Cæterū utuntur apici  
bus q̄busdā, p̄ctis scilicet & lineis uice uoca  
liū. Mat. Quonāmodo dicis tres esse literas  
uocales & consonātes? Estne eadē ratio Hæ  
braicarū uocaliū, quæ est uocaliū i & u, La  
tinarū? puta in dictione Iupiter, Iuno, Ve  
ni, uidi, uici. Mar. Est profus. uocalis enim  
in cōsonantē, si præcedat uocalē, uertitur.  
Mat. Hæc iā intelligo. Sed uideor mihi au  
diuisse aliā literarū diuisionē. Mar. Imò ue  
rò duas alias literarū diuisiones audiuius:  
quatū alterā ut probè memoria teneo, sic al  
terius nescio quomodo mihi obrepfit obli  
uio. Mat. Dic quæso eā partē, quam mēmo

ria tenes. Interea forte poterō te alteri⁹ par  
tismemorē facere. Mar. In uocales tres, in  
quam, quæ continentur in hoc simbolo **א**  
Eui. Itēq; in septē duplices, quæ cōprehēdū  
tur duabus his dictiōibus artis **כפרת** be  
gad, caphrath. Et in .12. simplices. Mat. De  
uocalibus literis iā locuti sumus, at duplices  
ignoro. Cur ita? Mar. Duplices hæc literæ uo  
ces habēt pro p̄ctorū uarietate. Mat. Dic a  
pertius. qd ita? Mar. Si sex illæ literæ notatæ  
fuerint paruo quodā puncto, tū earū lectio  
tenuis erit: sin uero uirgula quadā recta, tū  
remissius proferūtur. Mat. Vbinā quæso col  
locatur illud punctū, atq; illa uirgula? Mar.  
Punctū illud sanè quod literas illas extenuat  
perpetuo mediū literæ, aut si maior centrū  
occupat. Linea uerò, quæ sonū literæ remit  
tit capiti literæ infidet. Mat. Dages opinor  
punctū illud uocabat: atque uirgulā illā rap  
phe appellabat: At nescio an omnes literæ  
huius puncti, quod dages appellant, capaces  
sint. Mar. Sanè oēs capaces esse dixit, quatu  
or his exceptis, quas paulo post gutturales  
uocauit: ac nōnulli adiiciūt Res literā. Quāq̄  
litera **א** aleph, q̄ter in sacris bibliis cū dages  
inueniri ipse annotauit Deut. cap. 12. Iob. 33

& bis in Esra. 18. Literam uero Res itidem inueniri cum dages Ezech. 17. Samuel. 1. Cantic. 5. Et prouerb. 3. Cur autē illud punctū dages tam frequens lectori inter legendum occurrat, quum nihil lectioni addere uideatur, admodum demiror. Matth. Nihil ais adminiculi lectioni adferre, atque otiosum illud esse narraſ? Falleris nimirum, haud enim minus lectioni necessarium esse uideatur, quā centrum circumferētiæ. Mart. Ostende igitur quidnam muneris habet in lectione. Matth. Tantum habet punctulum hoc energiæ in oratione, quātum quidem ex illius uerbis intelligere potui, ut nisi mecū in hāc rem pari studio incūbas, uix audeam polliceri ea me recitare posse, quæ de hoc punctulo ab eodem præceptore decursa sunt, quin maiorem partem omittā.

Mart. Aggrederere modo, neque enim committam ut te quo possim non iuue auxilio, præsertim cū rei utilitas ex æquo ad utrūq; nostrū dimanare uideatur. Mat. Primū igitur extenuat literā, nōnunq̄ & eandē aspirationē reddit, lectionē ornat, & eā ab aliis coniugationē distinguit, quā pihel hadaghus uo-

cant Hæbræi: præterea defectū literæ supplet. Mart. Prætermittis quod idē etiā sequatur ꝑ articulū & uau cōuersiuū. Mat. Nec inuenitur unq̄ post uocalē lōgam, nisi accētus fuerit collocatus, ut hic קָפָה Mart. Si quid sit omisſū quod de hoc puncto dignū sit dictu, posthac dicemus. Interea experiar dicere quæ de uirgula, quā raphe appellāt, retinui. Mat. Obsecro ut dicas, nā nihil mihi iucūdius esse potest, q̄ earū mihi rerū memoriā refricari, quæ hūc de rebus fuerūt à præceptore dicta. Cæterū occupātne omnes literas hęc uirgula, sicut dages punctum necne? Mar. Nequaq̄, sed sex tantūmodo duplices, quas cōtineri supra dixim⁹ in duabus his dictionibus artis כַּפַּת כּוּר begad, cephath, Math. Sēpérne eas habere illā uirgulā dicis, an nō? Mart. Nequaq̄. Mat. Quādo igitur? Mart. Vt melius intelligas præstat quæ audiuimus aliquāto alt⁹ repetere. Matth. Agedū mi Martialiſ: lubēs enī te audiero his de reb⁹ disſerētē. Mart. Sex igitur hæc literæ כַּפַּת כּוּר semper horū alterutrū habēt uel punctū dages, uel uirgulā raphe. dages quidē in uētre sic. כּוּר כַּפַּת. Raphe au

tem in capite sic **תֵּן** Mar. Quid si neutrum habeat? ut uidi in iis, qui Venetiis excuduntur, libris? Mar. Alterum intelligitur. Mat. Quodnam raphene uirgula an dagespū etum? Mart. Raphe sane quanuis non scribatur. Mat. Quando uero sex illæ literæ pūcto dages signatur, quonam pacto sunt legendæ? Mar. Sic. **ב**, per b. **ג**, per g. **ד**, per d. **ה**, per h. **ו**, per u. **ז**, per z. **ח**, per ch. **ט**, per th. Tres enim literæ pūctatæ **ק** **ל** **מ** tribus his mediis Græcorum mutis, **β**, **γ**, **δ**, correspondere mihi uidentur. Mat. Reuera ita res habet. Mar. Tres autem reliquæ pūctatæ **נ** **ס** **ע** tribus Græcis tenuibus **ν**, **ξ**, **ζ**, æquiualent. Mat. Quam uelim te ad hunc modum inuenire posse tres quoque aspiratas, quæ Græcis aspiratis affines essent: ut uterque nostrum quæ & græcè utrumque; nouimus Hæbraicas mutasternaciori memoria comprehendere. Mar. En habes tres linitas, quas raphatas nuncupari diximus, nēpe **תֵּן** quæ omnino trium aspiratarum græcarum **φ**, **χ**, **θ**, uim, ac potestatem fortuntur. Mat. Oem posthac operam meam dabo ut græcis hæbræa coniungam, quo facilius utram

que linguam retinere possim. Mar. Polliceor me omni studio & diligentia tibi ad futurum, ut citius, quod nunc in animo habes perficere ualeas. Mat. Sed iam aggrediamur nostram diuisionis partem tertiam, quæ 12. has simplices continet **ה**, **ו**, **ה**, **ט**, **ל**, **מ**, **נ**, **ס**, **ע**, **צ**, **ק**, **ש** Scis ne quæ de causa sic appellentur? Mat. Quidni res est adeo clara & aperta, ut tibi ad hoc rogatum erubescere responde. Mar. Nihil est tam leue atque exiguum in lingua sancta, quod non mysterium plurimum in se habere uideatur. Nisi forte ignoras illud Christi seruatoris nostri dictum Non præteribit iota unum (quæ litera est omnium minima) neque apex unus à lege, donec omnia fiat. Ne igitur te pudeat rogati mihi respondere, cur simplices illas appellet. Mat. Quia simpliciter proferuntur, ac uno tantummodo leguntur: non, quemadmodum sex duplices, quæ pro apicum uarietate, uarios habent sonos: ut iam amplissime differuimus. Mar. Quoniam sunt illæ duodecim simplices? Mat. Reliquæ omnes præter tres has literas maternales, seu uocales. **וּאָ**. & septem has duplices **בגדכפרת** simplices dicuntur. Mar. Depigamus iam omnes characteres ordine distinctos, quibus nomina uniuscuiusque figuræ etiam subiungam & latinam scriptam



eiusdē potestatis. Mat. Hoc ēgo maxime  
 optabam, propterea quōd in multis hæsītē,  
 præsertim in cognoscendis literis. Nā parū  
 est discriminis inter ב beth, & כ caph. In-  
 ter ד daleth, & ד res. Inter ה he, & ח cheth.  
 iter uau ו & zagin ז, & iter mem finale מ & fa  
 mech נ. inter zagin ז & nun finale ן. Inter ת  
 tau, & ח Cheth. Quæ uellem omnia ex pi-  
 ctura tua discerni. Mat. Nostine pictorem  
 illum egregium, qui frequens est cum præ-  
 ceptore nostro? Mat. Nicolaū Rosam for-  
 tē dicis. Mart. Istū ipsum. Mat. quid nar-  
 ras de pictore illo? Nouitne ille quoque hæ-  
 braicæ? Mart. Vide quā graphicè depin-  
 git Caractères hæbreos א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ ק ר ש ת  
 ו ח ט י כ ל מ נ ס ע פ ק ר ש ת Mat. Qui hæbraicè  
 didicit? Mart. Nescis eos dealbari, q̄ in pissi-  
 no uersantur? Mat. Prima hæc litera א  
 aleph, quid sonat? à ne, an o? Mart. Seor-  
 sum scriptum nihil, si modo memineras eo-  
 rū, quæ de literis monuit præceptor. Mat.  
 Quidnam monuit? Mart. Literas omnes  
 esse consonantes. Math. Hinc igitur col-  
 ligis aleph per se nihil sonare, haud secus

quā b, c, d, sine uocalibus. Quomodo  
 igitur legendum Aleph? an cum alia lite-  
 ra? Martialis. Non, sed cum apicibus, pun-  
 ctis scilicet, & lineis. Matthæus. Præsta  
 quæso te huius rei documentum. Mart.  
 Vidēsne hanc literam? א. Si lineam habue-  
 rit rectam subscriptam hoc modo א legem-  
 dum erit a: si uero unicum punctum sub-  
 scribatur א legetur per i. Et sic pro uarieta-  
 te punctorum, & linearum legentur literæ.  
 Mat. Estne eadem ratio reliquarum litera-  
 rum? puta Beth, cum linea ב ba. Gimel cum  
 linea ג ga: pariter cū puncto subscripto ב  
 bi, & ג gi. Mart. Est. Sed quod discrimē pu-  
 ras esse inter א Aleph, & י hagin? Mat. Nul-  
 lum opinor aliud esse discrimen, nisi quod  
 י hagin in profundiore gutturis parte pro-  
 nuntiatur. Nam diuus Hieronymus ubi uo-  
 luit difficultatem huius pronunciandæ li-  
 teræ exprimere, per g. latinū, uertit. Mart.  
 Quibusnā in locis? Mat. Vbi habetur Sado-  
 ma & Homorra ועמרה per hagin li-  
 terā, ipse uertit per gomorra. Ac mēsūrā,  
 quā hæbræi עמר homer uocant, per ha-

gin y literam, Hieronymus uertit gomer.  
Talem dicebat præceptor pronuntiationē  
habere hispanos. Ego semel & iterū lectio-  
nibus illius regii professoris interfui, qui  
hāc literam y, adeo religiose pronūciabat,  
Mart. Cuiusne ais? (nā duo sunt & alii hæ-  
braicorum regii interpretes præter præce-  
ptorē) Agathūne, an Vatabli? Math. Aga-  
tii sanē, qui mihi in hoc Iudæorum accura-  
tam nimium pronūtiationem affectare ui-  
detur. Mar. Imò uero Arabū potius. Sed  
hæbræi qui nostra tempestate in Italia &  
Germania degunt, non ita curiose pronun-  
tiant: deniq; qui ortographiam nouerint,  
nunquā de Aleph, & y hagin, dubitabūt.  
Mat. Idem est discrimē inter he ḥ literam,  
& ḥ Cheth, quod est inter Aleph Aleph, & ha-  
gin y, Mart. Quonam pacto? Math.  
ḥ Cheth aspiratius est, quā he. ḥ Mart.  
Existimo hæbræos quoque duplicem spiri-  
tum habere signatum græco more, lenem,  
& asperum. Math. Proculdubio ḥ litera,  
utūtur pro spiritu leni. Mart. Ut nos quo-  
que. H. aspiratam uocalem notare cōsueui-  
mus, quod germani. Ha. quasi he, appellāt.

Matth. Tu rem tēnes. Nam pro spiritu  
denso ḥ, cheth scribunt. Mart. Nos, qui al-  
tero spiritu caremus, quī exprimere possi-  
mus hanc literam cheth? Matth. Hierony-  
mus, & cæteri interpretes Latini per ch, hāc  
literam ḥ, exprimunt. Mart. Hieronymus  
forte imitatus est Græcos interpretes, qui  
per x illud uertunt. Matth. At cur per x  
Græci illud legere malunt, quā per spiri-  
tum densum, non intelligo. Mart. Ego te  
paucis liberabo ab hoc dubio. Hæc enim li-  
tera frequēter est in fine dictionis, ubi non-  
nunquam apice caret: ut etiam sine apice le-  
gatur, quod alioqui nō legeretur, uerterūt  
per x. Matth. Iam capio mētem tuam. Sed  
memini me aliquando legere in quodam li-  
bello mysticas omnium literarum interpre-  
tationes, sed nihil facere uidebantur peni-  
tus ad intellectum grammatices. Mart. Si  
uelis mi Matthæe ea scire, legas Cabally-  
stas. Matth. Quos uocas Caballystas? Sūnt-  
ne aliqui hæbraicæ linguæ authores balista-  
rii? Mart. Præceptor noster eos, qui magi-  
am diuinam profiterentur, sic ab Hæbræis  
appellari dicebat. Hi nomina literarum, &

numeros, atque punctorum numerum religiose obseruant. Matth. Tu de Hæbraicis authoribus nunc loqueris, at id, quod me legisse dixi, latino sermone descriptum erat. Mart. Scio te epistolam Hieronymi ad Paulam urbicam, ubi literarum nomina interpretatur, legisse. Mat. Minime Mar. In Reuchlinum igitur incidisti de arte Caballystica. Mat. Nequaquam. Mar. Nemo alius nostra tēpestate scripsit de literarum interpretatione, præter hos, quos tibi iam recensebo. Matth. Recense igitur citò, atque expedi. Mart. Vnus est Franciscus Georgius Patricius Venetus uir nobilissimus, atque religiosissimus qui in sua harmonia mundi, literarum nomina exponit. Alter est Galatinus, in eo libro, quem contra Iudæos inscripsit, amplissimè de literis disceptauit. Tertius ac postremus Cherdamus noster, uir sanè nobilis, in libello, quem Alphabetum mysticū appellat, scriptores omnes ueteres utriusque linguæ peritos in eo scribendi genere adæquauit.

Matthæus. Aisne Græcos etiam tractasse Caballystica? Martialis. Inter Græcos

philosophos Caballystam, præter Platonem, scio neminem. Matth. Vndenamprehendis Platonem Caballystā esse? Mart. Ex dialogo, quem Cratylum uocat, siue de recta nominū interpretatione. Vbi non solum deorū nomina interpretatur, sed etiā omnium uirorū, eorum quorū memoriā facit Homerus in Iliade & Odyssæa. Matth. Tu nunc adeo multa de arte Caballystica prolocutus es, ut iam penè eorum sim oblitus, quæ ad propositum nostrum faciant. Mar. Linquamus nūc igitur Caballystarum commentationes, & omnes alphabeti partes sigillatim, & ad unguem distinguamus. Mat. Quot sunt igitur partes literarum? Mart. Tres dicebat unamquāque literam habere partes. Matthæus. Quas? Nunquid litera dissecari, aut diuidi potest in diuersas partes? Martialis. Nugaris. Ignorasne nullam scribi posse literam, quin aliquam figuram habeat? Vidēsne figuram huius literæ? &. Matth. Video quidem aleph literam. Martialis. En habes duas partes, & figuram, & nomen. Matthæus. Figuram cerno literæ, & nomen iam dixi figuræ

esse aleph. Perge modo, ut tertiam partem doceas. Mar. Vim, atque energiam ipsius literæ, totum id simul, potestatem literæ nominabat: uerbi gratia. aleph litera habet potestatem omnium uocalium, prout signatur puncto, siue linea. Matth. Fac ut hoc uideam aliquo exemplo. Mar. Animaduerte  $\aleph$  cum linea tenui subscriptum. Matth. Quid hoc ualet? Mar. Valet a, latinum. Rursum  $\aleph$  cum tribus punctis, ualet e. Eadem ratione admittit omnes uocales. Mar. Nunc potero hoc in omnibus literis præstare, quod tu tantum in aleph  $\aleph$ , litera præstitisti. Mar. Mihi sanè rem gratissimam feceris, si hoc præstiteris. Math. Intende animum, ut unam mecum cognoscas. Mar. Sum promptus. Matth. Secunda litera, quæ beth uocatur, ualet b, latinum: figuratur autem sic,  $\beth$ , & labialis appellatur, quia labiis pronunciat. Mart. Valèntne perpetuo b, latinum? Matth. Non, sed obserua, si habet punctum, quod dages dicitur, in utero  $\beth$ , tum scias esse b latinum. Sin autem habeat lineam in capite sic  $\beth$ , tunc respondet  $\beta$  græco, siue u consonanti latino. Mart. Quid si neutrum

habeat? sic  $\beth$ . Matth. uirgula raphe subintelligitur, æquiualeatque u, consonanti nostro. Tertia litera gimel nuncupatur, ualet autem g, nostrum, figuratur autem sic  $\beth$ , & est litera palatina, quia palato pronunciat. Mart. Dicisne iimel, an gimel? Matth. Rectius pronunciat per  $\gamma$ , græcum, quam per g, latinum. Mart. Posthac distingue etiam literam; si punctum habeat, aut lineam in capite. Matth. Faciam, ut nihil desideres amplius. Adhibe mentem: pergo enim dicere. Martialis. Adhibeo, perge. Matth. Gimel, si punctum habuerit uterinum sic  $\beth$  ualet  $\gamma$ , græcum, sin uirgulam capitalem sic  $\beth$ , gh. Quarta litera daleth uocatur. Cum puncto enim dages sic  $\beth$ , idem est quod d Romanum, cum raphe uerò sic  $\beth$ , ualet z, sed ea pronuntiatio non est uulgaris. Iudæi enim, qui Gallias incolunt, ita pronunciare solent. Quinta litera est he, ualet idem, quod h, latinum. Describitur uerò sic  $\beth$ , atque gutture pronunciat. Ideo gutturalis appellatur, neque punctum dages admittit unquam. Mart. Quare non admittit? Matth. Quia literæ omnes sunt

capaces puncti dages, præter gutturales. Martialis. Habétne igitur raphe? Matth. Nequaquam ô bone. Sex enim hæ literæ tantum sunt capaces uirgulæ raphe, nempe **ד**, beth, **ג**, gimel, **ה**, daleth, **ו**, caph, **ז**, pe, tau. Sexta litera est uau. Mart. Dicisne uau, an uaf? Matthæus. Vaf, quia u, in fine est consonans. Scribitur autem sic **ו**, & labiis pronuntiatur, ualet autem u, consonans. Septima est zain. ualet autem idem quod z, latinum. scribitur uerò sic **ז**, & est litera dentalis, eo quòd lingua dentibus interposita pronuntietur. Octaua, Cheth, appellatur. ualet autem latine ch. figuratur uerò sic **ח**, & est gutturalis. Nona dicitur teth. respòdet t, latino, & sic depingitur **ט**, éstq; lingualis. Decima, iod nominatur, ualet i, consonum. figuratur sic **י**, & est palatina. Vndecima, caph dicitur, & ualet c, latinum: ac rectius **כ**, græcū. depingitur autem **כ**, sic. Mart. Nihil autem, aut parum differre uidetur hæc litera caph **כ**, à litera beth **ב**. Matth. Imò multum. nõne uides beth scribi tribus lineis rectis sic **ב**: Caph uerò unica linea circūducta sic **כ**, & est litera palatina.

Mart. Esuerus. Matth. Caph cum dages **כּ**, ualet c. cū raphe uerò **כ**, ch. At quando est in fine dictionis mutat figuram sic **ך**, atque ualet ch. Duodecima, lamed nuncupatur: ualet autem l, nostrū. scribitur uerò sic **ל**, & est lingualis. Mar. Hanc præter cæteras egregiè noui. Matth. Scio, quia collū habet gruinū, ut tu. Decimatertia, mem uocatur. ualet m, latinum. figuratur uero sic **מ**, & est labialis. In fine uerò mutat figurā sic **ם**. Decimaquarta, est nun. ualet n, nostrum. scribitur autem sic **נ**, in fine uerò sic **ן**, & est lingualis. Decimaquinta, est samech. respondet s, nostro. figuratur sic **ס**, & est litera dentalis. Martialis. Quomodo differt samech à mem finali? Matthæus. Mem finale est omnino quadratum sic **ם**, samech uerò rotundum sic **ס**. Martialis. Refert propèmodum o nostrū. Matth. Sic est. Decimasexta, hagin appellatur. idem ualet quod aleph. Martialis. Nihil igitur discriminais habet? Matthæus. Reuera utrunque gutturale: sed hagin in ima parte gutturis pronuntietur: Aleph uerò in suprema. scribitur autem sic **פ**. Decimasextima, est

pe. Idem quod p, latinum, si dagheffatū fuerit, fin raphatum, idem quod ph. In principio autem & medio dictionis pingitur sic **ⲡ** in fine uerò sic **ⲛ** & ualet ph, & est labialis. Decima octaua est tsadi, & ualet ts. Figuratur autem in principio & medio dictionis sic **ⲣ**, in fine uerò sic **ⲥ**, & est dentalis. Decimanona est coph, idem quod q, latinum, scribitur sic **Ⲡ**, & est palatina. Vicefima est res, ualet r, nostrum, figuratur uerò sic **Ⲛ**.  
Mart. Nihil uideo differre res à daleth.  
Matth. Ergo cæcutis. Daleth enim duabus lineis rectis scribitur hoc modo **Ⲛ**, res uero unica linea circumducta sic **ⲛ** & est litera dentalis. Vicefima prima est sin, ualet s, nostrum, ac scribitur sic **Ⲫ**. Mart. Quid si punctulum habeat in dextero cornu sic **Ⲫ̇**, Matt. Valet geminum ss: si uero in sinistro sic **Ⲫ̇**, ualet unicum s, & est dentalis. Vicefima secunda ac postrema dicitur tau. Mart. Disyllabumne an monosyllabum? Matth. Tau monosyllabū, ut uau. Cum puncto daghe sic **Ⲛ̇**, ualet t, cū raphe uero sic **Ⲛ̇**, ualet th. Nihil supereffe iā arbitror, quod dici possit de literarū nominibus, aut potestatibus.

Mar. Mihi hac tua repetitione abunde satif factum est, ut iam nihil desiderare possim, quod ad hanc rē spectet. Mat. Equidē pro uirili mea & quæ simul ambo audiuius, & quæ ex priuatis meis studiis de literis hæbraicis deprōpsi, oia in hanc summā cōtuli. Martialis. Rogatus aliquando à me præceptor curnam in threnis siue lamentationibus Hieremiæ, omnes decantarentur alphabeti literæ, tempore passionis domini, Mat. Quid tum ille respondit? Mar. Hieremias, inquit, & Dauid, & Solomon, ac nō nulli alii præclari authores in suis uersibus literarum ordinē seruarunt, ita ut primus uersus à prima litera initium sumeret: secundus à secūda: similiter tertius à tertia, & sic deinceps usque ad tau postremam literam. Latinus autem interpret, qui non eundem ordinem, ac eandem simul sententiam seruare potuisset, singulis adiecit uersibus singulas literas, quibus cognoscere possimus authoris artificium, atque industriā. Matth. At uideo sæpenumero ter eandem literam esse repetitam in eodem authore, ut puta ter aleph aut beth. Mart. Fateor, tres enim

simplices lamentationes scripsit Hieremias & unam triplicatā. Mat. Nescio quid per simplicem & triplicatam lamentationem intelligas. Mart. Simplicem uoco, ubi eadem litera non geminatur, triplicatam autem, quando tres uersus ab eadem incipiūt litera. Dauid enim quoque psalmum Beati immaculatæ uia, inscriptum, octonis uersibus incipiētibus, ab iisdē literis distinguit. Nam octies singulæ alphabeti literæ sunt repetitæ: nempe aleph octies, totidē beth, usque ad postremam literam tau. Hunc uerò psalmum octonarium Hieronymus nūcupauit. Idem author psalmum centesimū quadragesimū quintum, qui, Exaltabo te inscribitur, literis alphabeti distinxit: Itaque nonnullos alios psalmos eodem literarum ordine prosecutus est. Matth. Quoniam non possumus sine apicibus, quibus uice uocaliū utuntur hæbræi legere, uelim ex te audire ea, quæ dicta sunt de his à præceptore nostro, qui adeo tenaci memoria cuncta retines, ut ne uerbum quidem unū excidat. Mar. Rides me? qui iā mei nominis uix sim memor. Demirror haud dubie qui

sine apicibus adeo prompte legunt. Mat. Id non rudibus concessum est. Docti enim duntaxat sic legere norunt, aut qui assiduitate exercitationis, & longo usu sibi hunc legendi modum compararunt. Mart. Poterimūsne etiam nos lectionē illā non punctatam aliquando cōsequi? Mat. Paradisus noster se facillime eam lectionē docturum pollicetur. Mart. Quo pacto? Mat. Regulis quibusdam breuibus, neque dubito quin longe plura, quàm pollicetur, is præstare possit. Mart. Nimirum hæc tua oratio me exanimatū animauit. Mat. Interea erecto animo repetamus ea, quæ simul didicimus de lectionē punctata. Mart. Cur quæso, grammatici uocales, motiones appellare solent? Mat. Hanc totam uocalis uim ipso uocabulo exponunt: mouetur enim consonans per uocalem, quæ alioqui ociosa, atque quieta est. Mart. Intelligo. nam eadem ratione literam non punctatam quiescentem nominant. Mat. Hæc dictio mouetur, idem nobis posthac significabit, quod legitur: hoc uocabulum quiescit, idem quod non legitur.

Mar. Quotnam sunt motiones siue uocales? Mat. Duodecim. Mart. Suntne longæ ac breues uocales hæbrææ, sicut latinæ & græcæ? Mat. Quidni? profecto non secusquæ græcis sūt uocales natura lōgæ, & aliæ natura breues. Sed hæbræi duas habent uocales, quas breuissimas uocant. Mart. Producuntur ne positione breues, ut latinæ? Mat. Nequaquæ. sed alia ratione producūtur breues, ut si præcedat breuis gutturalé literam, tū producitur: longa uerò multis modis corripitur. Mar. Quotnam sunt breues? quot longæ? Matth. Quinque sanè longæ sunt, & quinque breues. Martialis. Dispone quæso longas uocales, ita ut semper suas cognatas breues è regione habeant. Mat. Scio equidè, quæ figuræ longæ sint, & quæ breues, sed earum nomina & etymologiam ignoro. Mart. Ego tibi, quo ad hanc partem spectat, adero: ubi enim dixeris figuræ quantitatem, nomen & etymologiam adiciam: neque prætermittā quod hæbræi longas magnas, & breues paruas appellare solent. Mat. Hoc mihi neque externum neque peregrinū esse uidetur. Græci enim, ω,

lōgū, ω, μέγα. i. o, magnum: & ο, breuè, ο, μικρόν. i. o paruum uocare consueuerunt. Mart. Recita nunc uocalium ordinem eo modo, quo præceptor docuit. Mat. Ne me igitur mi Martialis deferas in earundem referendis nominibus. Mart. Quid uis perficiam, at ingrediere negotium tu prior. Mat. Volo equidè. Erige animum. Prima uocalis depingitur linea recta, & apice subscripto, ut cernis in hac litera Aleph  $\aleph$  quæ o magnū siue longum sonat, cui respondet græcum ω, μέγα. Mar. Cametz godol appellatur, hoc est Cametz magnum. Mat. Quid significat Cametz? Mar. Colligere atque accumulare significare uidetur, quia collecto ore & clauso, o pronūciamus. Quauis Itali & Hispani Iudæi per a obscurum proferre soleant. Germani tamen, qui ratione etymologiæ nituntur, per o legunt. Nam ore clauso non poteris emittere hanc uocem a, quin potius o. Et collocatur hæc figura perpetuo sub litera. Mat. E regione huius lōgæ est prima breuiū, quæ linea recta depingitur sic  $\aleph$  & ualet a nostrum, siue alpha græcum. Mart. Vocatur autem pathah



godol, id est pathach magnum. Mat. Quare pathach nuncupatur. Mart. Quia aperto ore legimus a, quod dictio hæc pathach nos satis docet: uenit enim à uerbo hoc **אָפּן** quod aperuit significat. Collocatur autem sub litera. Mat. Secunda uocalis longa, duobus scribitur punctis sic **אָ** pronunciat per ei uel *a* græcè. Mart. Id tferi nuncupatur, uel cametz cathan, id est, paruum. Mat. Quare tferi Cametz paruum appellatur? Mar. Eo quod Cametz magni nonnunquam uices gerat. Collocatur autem semper sub litera. Matth. E regione huius uocalis longe tferi, colloco secundam breuem, quæ sic depingitur **אֶ** ualet auté idé quod e, nostrum, siue *ε* græcū. Segol hanc uocant, uel pathach paruum. Mat. Cur pathach paruum? Mar. Quia pathach magni officio nonnunquam fungitur, & scribitur sub litera. Mat. Tertia uocalis longa, ualet i, siue *i* græcum, & unico scribitur puncto sub litera sic **אִ**. Mat. Hæc chiric appellant sequente Iod. Mar. Curnâ uocatur Chiric sequente Iod? Mat. Nam Chiric quod non sequitur Iod litera, est *i*, breue.

Debet enim esse perpetuo post eam literam, sub qua est punctum Chiric, litera Iod sic **אִ**, si id longum fuerit. Sin breue, tum non sequitur Iod. Quarta uero uocalis longa, ualet ou, uel *o* græcè. & figuratur unico puncto, quod eminet sinistrae parti literæ sic **אֵ**. Mart. Cholem hoc appellabat. Mat. Quomodo differt punctum cholé à puncto Chiric? Mart. Chiric in am partem literæ occupat, Cholé uero supremam: è regione, cuius quarta est uocalis breuis, quæ eu latine, uel *o* græcè ualet. Depingitur auté sic **אֹ**, Mat. Catheph Cametz hoc nominabat, hoc est, Cametz raptum, siue correctum, aut elifum. Raptim enim legitur, ita ut Cametz non audiatur. sed illa duo tantum puncta, quæ paulo post uocauit seua, quæ eu, sonant, ut fieri solet in diphthongis latinis, ubi posterior uocalis dumtaxat legitur ueluti musæ disyllabum, & non musæ trisyllabum. Itaque Cametz præpositiua uocalis non legitur, sed seua tantum. Et si Itali & Hispani per o breue legere consueuerunt. At nos qui germanam pronunciationem à præceptore docemur, eu, legere malimus.

Mart. Quinta ac postrema uocalis longa ualet u, Romanum, & est punctum unicum quod semper occupat uau literam. Scribitur autem sic; Surec siue melopon hoc uocare solent. propterea quod inflatis buccis pronuntiatur: melopon enim os repletum significat. Mat. E regione huius collocatur postrema parte uocalis breuis, quæ tribus punctis depingitur, hoc modo  $\aleph$ , ac sonat u, gallicum. Mar Cibbutz Sephataim nuncupatur. Matt. Expone dictionem hanc, mihi incognitam. Mar. Nomen huius uocalis ponit discrimē inter u, Romanum, quod melopon uocatur, & inter u, gallicū, quod labiis contractis pronuntiatur. id enim nobis hoc nomen hæbræum significat. Mat. Nec uelim leuiter præterire ea, quæ præceptor tradidit de Surec, præter ea quæ iã dicta sunt. Mart. Quidnam est? Mat. Si surec fuerit in principio alicuius dictionis ante labiales literas, quæ cōtinētur in hac dictione artis  $\aleph$   $\aleph$  : quanuis nulla litera consonans illud præcedat, nihilominus per u, Romanum legitur, quæ res nulli literæ hæbraicæ cōtingit. Mart. depingamus modo

paradigma siue figuram eorum, quæ de longis & breuibus differuimus. Matth. Non intelligo quid depingi uelis. Mart. Eum ordinem dico, quo uocalis breuis fit collocata è regione uocalis longæ, nomine quoq; uocalis subiecto. Matth. Animaduerte igitur an talem desideres figuram, qualem nūc tibi depingam. Mart. Perge. Matth. Quæ nomen uocalis, inquam, habeat in prima serie. in secunda autem, figuram uocalis. in tertia uerò potestatem, siue ualorem uocalis, hoc modo.

Longæ.	Breues.
Cametz, $\aleph$ o,	Pathach, $\aleph$ a,
Tseri, $\aleph$ ei,	Segol, $\aleph$ e,
Chiric, $\aleph$ i,	Chiric, $\aleph$ i,
Cholé, $\aleph$ ou,	Catheph cametz, $\aleph$ eu,
Surec, $\aleph$ u,	Cibutz, $\aleph$ u.

Mart. Quàm rectis. Nullus est enim adeo rudis aut ingenio hebes, qui ex hac tua figura, quam ob oculos ponis, non facile omnia hæc comprehendat. Matth. Præter hæc puncta sunt duo, quæ correpta hæbraicè

chatephim appellantur : & sunt breuiffi-  
 ma. Componuntur autem ex duabus prio-  
 ribus correptis uocalibus. Mart. Quenam  
 sunt hæ duæ uocales breues? Matthæus.  
 Pathach, & segol, si cum duobus punctis  
 his, **ח**, quæ seua uocatur, & leguntur per eu,  
 componantur, breuiffima tunc habentur.  
 Martialis. Prebe mihi exemplar huius cõ-  
 positionis. Matthæus. Sic **ח**. Martialis.  
 Quonam pacto legitur pathach, cum seua?  
 Matthæus. Per eu. Pari modo segol, cum  
 seua, legitur per eu. Hispani tamen & Itali  
 utrunque per a, legunt. Martialis. Sunt ne  
 omnes literæ huiusmodi punctorum bre-  
 uiffimorum capaces? Matthæus. Non. sed  
 quatuor solum gutturales, quæ in hoc sym-  
 bolo cõtinentur. **ח**. At cametz raptû,  
 quod inter breues uocales numeratur, om-  
 nes literas afficere potest. Mart. Seua, qua  
 re non inter uocales numeratur? Matthæus.  
 Quia non est uocalis. Martialis. Quid igitur?  
 Matthæus. Vocalium minister. Non enim  
 habet propriam aut peculiarem uo-  
 cem, sed uarias ac diuersas uoces obtinet,  
 habita ratione præcedentium & sequen-

tium literarum. Martialis Sæpissimè etiam  
 seua, non legitur. At nescio quibus in locis  
 legi debeat, quibus non. Matthæus. Ego  
 nunc in promptu non habeo, quibus in  
 locis legatur, quibus non. Martialis. Hoc  
 igitur ex me cognosce. Matthæus. Enar-  
 ra. Martialis. Post uocalem longam per-  
 petuo legitur, post breuem uerò, minime.  
 Matthæus. Quid si geminatum esset?  
 Martialis. In principio dictionis nusquam  
 reperitur geminatum. Matthæus.  
 Quid si in medio dictionis? Martialis.  
 Tum prius non legeretur, sed posterius  
 tantum, ut **יִפְחָדוּ** iiphcedu, & non iiphe-  
 cedu. in fine uerò neutrum legeretur, ut  
**יִפְחָדוּ** Iapht, & non Iaphte. Vnicum  
 autem in principio dictionis semper le-  
 gitur, paucis exceptis. Matthæus. Quid  
 si præcedat gutturalem literã? Mart. Tum  
 legitur ut illud punctum, quod erit in lite-  
 ra gutturali, ut **מֵעוֹד** mood, & non meod.  
 Matth. Si præcedat literã iod, quo pacto  
 legendum erit? Martialis. Per, i, quamuis  
 iod, habuerit aliud punctum, præter chiriç,

ut בִּיאַד biiad, & non beiad. Matth. Hæbraei, qui in Thiberiade prouincia degunt, quorum prolatio omnium est (Hæbræorū) cultissima, sic proferre consueuerunt. Mar. De seua iam nihil superest, quod te urgeat, ubi legatur, aut ubi elidatur. At quo nihil quod ad lectionem & prolationē attinet prætermittamus: repetenda erunt ea, quæ de omniū literarum pronuntiatione didicimus. Matth. Quinque distinguntur legendi instrumentis, prolationes literarum. Mar. Quenam sunt instrumēta ea quæ dicis? Matth. Guttur scilicet, lingua, palatum, dentes, & labia. Mar. Quot literæ gutture pronunciantur? Matth. Quatuor, quas hæc artis dictio continet. אָחַחֶּּּּּ Ahechaa. In quarum prolatione lingua cōtrahenda est ad guttur. Sed magis in una litera, q̄ in alia, ita ut ex pronūciantis præceptoris uoce uiua, percipi potest. Idcirco gutturales appellantur. Mar. Quot proferuntur linguae? Matth. Quinque, quarum symbolum est דַּטְּלֶּנַּת Datlenath, quæ dicuntur linguales. Mar. Quando literæ omnes lingua proferuntur, cur igitur tantum-

modo has quinque linguales dicit? Matth. Quia in earum prolatione lingua dentibus interposita, paululum dētes excedit, quod facile experiri poteris. Ideo tātum has linguales appellat. Item quatuor palato enūciantur, quæ hoc uocabulo comprehenduntur גִּיחֶּחַּחַּחֶּּּּּ ghichac. Quia lingua ad palatū erecta pronunciantur, literæ palatinæ nuncupantur. Rursus quinque aliæ dentibus pronunciantur, quarum artis dictio est זַפֶּרַּצֶּּּּּ zafferatz, dentibus, inquam, stricis, à quorum stridore dentales dicuntur. Quatuor reliquæ, quæ in hac dictioe continentur בּוּמַפֶּּּּּ bumaph, labiorum collisione pronunciantur, idcirco labiales dictæ sunt. Mar. Quid prodest nobis cognitio harum prolationum? Aut quī potero periculū facere quā uera sit necne? Matt. Nō parum prolationis scientia harum literarū ad hæbraicarum disciplinarum intelligentiam conducit. Nam literæ quæ eiusdem sunt prolationis, nempe quæ eodem instrumento pronunciantur, cognatæ nuncupantur: atque una in aliam plerūmque mutatur. Quæ autem de prolationibus di-

Et sunt, poteris experiri esse uera, si uni-  
 cuique literæ præponas hanc uocem, a, uer-  
 bi causa, si uelis periculum facere an א,  
 beth, sit labialis, præpone a, & erit אא,  
 ab. Et sic ante gimel אג, ag. ante da-  
 leth אד, ad. Matth. Præterea dixit  
 duas esse literas, quæ ad ueram pronuncia-  
 tionem, narium adminiculo egent. Mat.  
 Quas? Mar. Mem, & nun, fac peri-  
 culum pressis naribus. Matth. Si quando  
 mihi occurrat litera non punctata in ali-  
 qua dictione, quæ legam? Mar. Non le-  
 gas. Matthæus. Est igitur superflua?  
 Mar. Nequaquam, sed quiescit interdum  
 litera, alia atque alia ratione, quam non-  
 dum exacte noui, sed non uacat, sufficiat  
 nobis modo legere quæ punctata sunt.  
 Matthæus. Quiescuntne omnes literæ?  
 Martialis Non omnes. Matthæus. Quot  
 igitur? Mar. Quatuor tantum. Matth.  
 Quæ? Martialis. Istæ, quæ in hoc uocabu-  
 lo continentur איהו. Iehu. Quatuor has  
 Caballistæ præferunt cæteris literis omni-  
 bus. Mat. Quidnam prærogatiuæ habet?  
 Mart. Primum quod magnum nomen dei

quadratum, i, tetragrammaton ex parte  
 his literis scribatur, Secundo quod in nu-  
 meris comprehendant uigintiduas literas.  
 Matthæus. Hoc sanè non intelligo. Mart.  
 Ignoras hæbræos suis charactèribus mo-  
 re græco numerare? aleph, prima litera  
 unum ualet in numeratione. he, uero quin-  
 ta litera, quinque: rursus uau, sexta, sex  
 & Iod, decima litera, decem. Hac ratio-  
 ne quatuor hæ literæ conscendunt ad sum-  
 mam omnium literarum. Matthæus. Fa-  
 teor me hoc tibi debere. Ignorabam enim  
 hoc prorsus mysterium. At scis cur cædem  
 literæ spiritales dicantur? Mar. Scio. Quia  
 longo spiritu, litera, quæ unam ex his qua-  
 tuor præcedit, legitur. Mat. Quomodo au-  
 tem quiescant, ignoro. Mar. Non leguntur  
 neque proferuntur instrumèto aliquo præ-  
 dictarum prælectionū. Mat. Quiescuntne  
 ubique? Mar. Nequaquam, in principio  
 enim dictionis nunquam litera quiescit.  
 Mat. Vbi igitur? Mar. In medio & in fine.  
 Mat. Omnèsne? Mar. Non, sed tres earum  
 in medio & in fine fine discrimine quiescunt  
 Matthæus Quæ? Martialis. Aleph, Vau,

& Iod. He, uerò litera in fine tantum quiescit. Mat. Memini me audire à præceptore, quod semper una literarum, quæ in symboło **Ⲛ** Eui, continentur, lateret post uocalem longam. sed grammatici, quiescens, occultū uocare solēt. Mar. Cur ita? Mat. Quia quamuis non scribatur post Cametz longum aleph, intelligitur tamen. Itaque post Cholem & furec, Vau, post Chiric autem & tseri intelligitur iod. Idcirco paululum immorandum erit, in earum lectione. Mar. Haecenus de literis, & apicibus audita recitauimus, quo ad lectionem attinet, modo superest rationē reddere quinque literarum finalium, quæ mihi prorsus inutiles uidentur. Matth. Inuentio, atque finalium literarum excogitatio, ut est necessaria, ita haud dubiè est erudita. Mar. Optarem ut rationem tuæ orationis redderes. Matth. Sine modo ut perficiam, nec toties meum interrumpas sermonem. Mar. Cum silentio te libenter audiam, perge. Mat. Quia hæbræi suis characteribus ut græci numerant. Mart. Clarius loquere. Non enim planè intelligo. Matth.

Scis arithmetica? Mart. Scio, sed non hæbraicam. Matth. Vulgarem dico. Mar. Noui quidem expensum ad calculum reuocare, atque sparsa colligere, sed non noui artem diuidendi. Matthæus. Te ipsum igitur collige. ac noli tua loquacitate meas aures obtundere. Mart. Festina igitur, nec sis adeo prolixus. Matth. Hæbræi hoc in arithmetica uitio dant, quod uno caractere non potest describi denarius numerus: docti enim sumus à natura numerare usque ad denarium numerum, distinctis manuum & pedum digitis. Vbi autem supra decem numeranda sunt, rursus ab unitate numerare incipimus. Martialis. Obseruaruntne quoque Hæbræi illam numerandi facultatem? Matth. Maxime. Vnaquæque enim literarum usque ad **Ⲛ**, iod, unitatem significat: & à **Ⲛ**, iod, usque ad **Ⲙ**, caph, singulæ literæ denarium numerum significat. Rursus à **Ⲙ**, caph, usque ad **Ⲛ**, tau, literæ singulæ centenariū significant. Mart. Cum à **Ⲙ**, caph, usque ad **Ⲛ**, tau, quatuor duntaxat sint literæ, uidelicet **Ⲙ**, caph, **Ⲛ**, res, **Ⲛ**, sin, **Ⲛ**, tau. quibus igitur uno caractere quingentos nu-

merare poteris: & sic deinceps usque ad mille.  
 Matt. Sanè rectè interrogasti. Propter hoc  
 enī inuentæ sunt finales literæ, quò oēs nu-  
 meros unico charactère exprimi possint ad  
 mille usque. Martialis. Quonammodo doce.  
 Matthæus. Animaduerte, Caph finale  
 7, quingentos. mem, מ, sexcétos. Num, נ, se-  
 ptingentos. Pe, פ, octingentos. Tsadi, צ,  
 nongentos significat. Martialis. Millena-  
 rium igitur una figura scribere non pote-  
 ris, cum nulla alia sit in alphabeto litera.  
 Matth. Ab aleph rursus incipiendum erit.  
 Martialis. Quid tum discriminis erit inter  
 aleph, si unitatem significet, aut si millena-  
 rium representet? Matth. Aleph si mille-  
 narium ualeat, tum duobus quibusdampū-  
 ctis notatur א, Martialis. Depingamus  
 hæc quæso, atque ob oculos ponamus figu-  
 ra aliqua, subscriptis numeris latinis, quem  
 admodum de literis, & uocalibus fecimus.  
 Matthæus. Distinguamus ergo hanc figu-  
 ram per nouem classes. Martialis. Cur-  
 nam mauis per nouem diuidere, quàm  
 decem? Matthæus. Quia nouenarius ter  
 ex alphabeti figuris recurrit. Ter enim

nouem ad summam uiginti septem con-  
 scendunt. Tot autem in alphabeto sunt  
 charactères. Martialis. Ita est, sed fina-  
 libus computatis. Matthæus. Fateor. No-  
 uem autem primæ classes, unitates signifi-  
 cant, hoc modo.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

Rursum nouem aliæ classes, denarios signifi-  
 cant, ut hic uidere est.

90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י

Nouem denique postremæ classes, cente-  
 narios significant.

900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ו	ס	ך	ת	ש	ר	ק

Literæ autem illæ punctatæ millenariorū  
 sunt charactères. Hæc omnia græci suis cha-  
 ractèribus. Latini uero Siffris exprimunt.  
 Mar. Hæc dictio Siffra hæbræa mihi uide-  
 tur esse. Matthæus. Probè. Nam deriuat-  
 ur à uerbo tiomi, טימ Sipper, quod nu-  
 merare significat. Martialis. De ora-

tionis partibus, & constructione, de pronū  
ciandi ratione, de accentibus, atque tropis  
differere non ualemus, quod ea nondum at-  
tigerit præceptor. Matth. At ubi omnia  
quæ dicis attigerit, pari modo repetemus,  
ut non solum nos euadamus Hæbræi, sed  
etiam hi, qui nos uiua disputantes uoce au-  
dierint. Mart. Non te deseram. Matth.  
Vale mi Martialis in crastinum. Martialis  
שלום עליך ha lecha salom. Matth. nescio  
certe an aliquid mihi sinistri impreceris, an  
saluere iubeas, Mar. Hunc modum resalu-  
tandi me docuit præceptor, sed ne quicquā  
suspiceris mali, latinis te uerbis posthac re-  
salutabo. Mat. Sed iam me hæc hora alio  
uocat. Mar. Tu igitur uale in mille annos.

FINIS.



REVERENDISSIMO IN CHRISTO  
 patri, Paulo a Carreto, Cadurcensi episcopo ac comiti illustrissimo, Io. Cheradamus S. D.

m

Uta cū gratulatione amplecteris quicquid lucis in medium profertur, publicum semper ac necessarium ratus quod datur. Publicū, quod nō ambigis diuina prouidentia altissimi omnia circumspectente prolatum quod datur: cuiusmodi est quicquid in lucem edidit G. Budæus, vir vndiq; absolutior, q̄ pro multitudinis opinione. Quod si ipsa prouidentia noluisse, quod vir ille scripsit, publicū ac nostrum esse, diutius celasset, & frustra definitum esset a Socrate, sapientem publicum bonum esse. Necessarium autē, quod eius rei que datur, scientia mortalibus deesset, esset autē profutura si prodijisset: quemadmodū profuit quod acumine, luce, eruditione, ac scientia Budæi iam verius nostri quā sui, prodijt: id quod vel nomē indicat. τίθεμαι γὰρ κατὰ τὴν τῆς φρονήσεως ἰσωνυμίαν αὐτὸν τὸν μέγα δαίμονα εἶναι, καὶ ταύτην ὀρθῶς βέβαιον καλεῖσθαι. Quare quum probe ipse sciam quod nemo vnus omnia nouit, & quod oēs norunt, publico omnium bono norūt: nolui ex genere hominum esse, qui talentum libenter suffodiunt, & scientias occultant, & malunt inertiores videri, ne doceant aut scribant, quā docēdo æmulos parere iniquius.

a ij

esse arbitratus ipse sum semper, lucernulam, quam omnium bonorum dator mihi dedit, metu quorundam odij sub modium abscondere, quæ linguæ sanctæ donum inculta & rustica veste in medium profcenium constituere, præfertim qui existimem quibusdam nostrum hanc discendam potius, quæ hac ignota, in sacris commentandum: ut scilicet oracula diuina suis fontibus ac linguis intelligantur, & non hauriantur ex frigidorum commentorum (lapsus sum, volebam dicere commentariorum) lacunis. In quibus videre est foedissimos lapsus, & quam insulse tractet diuinam scripturam, qui literarum hebræarum sunt ignari, qualis extitit Carrensis, qui super quendam locum cap. 19. Job, ubi in hebræo legitur, in saxo incidatur, legit, vel celte sculphantur in silice. inquit, celtes instrumētum est quo literæ vel imagines sculphantur in silice. Foedus nimirum lapsus. non enim celtes instrumētum est, neque in hebræo nec apud 72 reperit, nisi forte pro  $\text{רצף}$  interpretari quis voluerit vel certe, pro quo falsè legitur celte. sed ea dictio ad æternitatem significat, non certe. Quæ autem ipse illis fontibus studuerim (nihil enim refert quanta, sed quæ optima legerim) aut quæ profuerim, id omne ex Myriade illa nostra mystica super nomine  $\text{רצף}$ , tuo, ac illorum verorum præconum illius sanctissimi nominis, quod est supra omne nomen, qui Sorbonici vere a sorte bona dicuntur,  $\text{καλῶς γὰρ κυρίδω αὐτοί ἐστι ρצף}$ . i. ad æternitatem iudicio subiacebit. Te interim, qui æterna semper mente complecteris, non quæ fluxa & fragilia sub caelo, sed quæ sempiterna sunt super

pra caelos, hisce sacris linguæ hebraicæ literis digito dei conscriptis donamus, quibus nomina sacra conflatantur, non ab hominibus, sed ab ipso altissimo inuenta. Vnde eam ipsam linguam sanctam vulgo dicimus, quod id vnum præter cætera vere debet sacrum appellari & sanctum, quod deus sanxit, & honori suo, non humanis illecebris reseruauit. Nam si non mediocris est ponderis negotium de literis Græcis, ut Plato summa industria, & acri studio, & ingenio sagaci, earum probat diuitias, imo delicias in libro cui Cratylus inscriptio est. non enim, ut ipse inquit, alphabeto habemus quicquam melius, quo de veritate primorum nominum iudicemus,  $\text{ἰστέον συλλαβαῖς τε καὶ γράμμασι ἢ μίμησις τυγχάνει οὐσα τῆς οὐσίας ὀρθότατόν ἐστι διελθεῖν τὰ σοιχεῖα πρῶτον}$ . i. Quandoquidem syllabis & literis imitatio fit essentiae, rectissimum est discernere elementa primum. Quanto magis literæ sanctissimæ linguæ, quæ supra omnium existimationem est docta, lepida, & grauis: quæ licet angusta sit si voces recenseras, nihil tamen patitur sibi deesse: tam varie utitur sua suppellectile, id autem honeste, diligenter, ac erudite. De qua differat licet Demosthenes aut Cicero aliquis, profecto crediderim eum in harum sacrarum literarum arcanis mutum ac elinguem futurum. Omnes enim homines, inquit Orig. ad verbi diuini explanationem non solum ineloquentes, sed & muti putandi sunt. Quin hoc de ipsa sacratissima lingua dicere audeo, siue iucunditatem, siue eruditionem cum summa grauitate (quomodo enim

non essent graua, sancta, inuolabilia, quæ cælo demissa sunt oracula? ) coniunctam consideres. Nulla crebrioribus & ciuillioribus tum loquutionibus, tum tropis pollet. Quis, oro, Demosthenes aut Cicero tam breuibz omnia p̄fecit & apparauit, ut ad summam rei cum tanta opportunitate tantozq; decoro perueniat, ut illi qui hisce literis sacra oracula eo spiritu quo hauserunt, nobis crederent? Quod si, o iuuenis supra ætatē eruditissime, de eruditione certemus, & eruditum sit quod mundum est, tersum, graue, ac penetrans, quod omnigenis figurarū cum sententiārum tum dictionū coloribus discriminatum est, quod tropis tanq; floribus variegatum, quod comparationibus & similitudinibus adpositissimis refertum: nihil profecto erit apud vllos vllius linguæ doctos, quod illorum possit eruditioni ac tersitudini conferri, nedum anteferi: hoc vno excepto, quod filij lucis non tam diligenter ordinem & artem seruant, atq; filij tenebrarum, ac earum studiosi, q̄ vt rhetorices præcepta primis labijs delibauerunt, iam nihil aliud q̄ artem moluntur: cumq; pro publica concione disserunt, seip̄os continue produnt cum longis partibus, tum verborum apparatu, quod non prodierunt gloriæ dei, & conscientiarum salutis gratia, sed vt docti videantur. Quod autem secus a sacris scriptoribus fiat, id ipse prouidentie acceptum fero: vt scilicet spiritus, non oratoris impetu agnoscamus, palamq; fiat, mentes aculeo spiritus, non orationis capi. Quare putauī me iam munus te Paulo a Carreto oppido dignum nactū esse. Quid enim

dignius, quàm vt. 2. 2. literę linguę sanctę, inuentum ac donum altissimi, virtutibz illis. 17. quas Paulus ad Timotheum scribēs, quinq; sensibus ab illecebris huius seculi expurgatis, in episcopo requirit, cum primis tibi vni Paulo exulto dedicentur? Præterea ad Titum Paulus, easdem virtutes paulo perstrictius repetens, episcopum ἀνεγκλητορ. i. inculpatum esse vult. At quid in Pauli a Carreto celsitudine est quod vel momus ille culpāre possit? Paulus episcopū μὴ ἀυθάδης. i. non præfractum, & sui sensus plus satis tenacem esse vult. Paulus a Carr. licet ex suo ipsius pectore egregie sapiat, decernat p̄ se omnia prudēt, tamen mira quadam animi moderatione etiā aliorū sententiās lubens admittit. Paulus episcopum μὴ ὀργίλορ. i. non iracundū esse vult. at quid Paulo a Carreto mitius? quid modestius? Paulus episcopum μὴ πάροινορ. i. non vinosum vult esse: & Paulus nihil prius, nihil antiquius habet ipsa sobrietate. Paulus episcopū non vult esse πλάκτηρ. i. percussorem. Quisnam obsecro in Pau. a Car. linguę vel cōtumeliosę, vel iurgiosę erga subditos indicium vllum persensit? Paulus non vult episcopum ἀισχρομερδῆ. i. turpis lucri cupidū existere. ab illo sane Paul. a Car. abhorret, vt qui maxime. Paul. iubet episcopū esse φιλόξενορ, φιλάγαθορ, σώφρονα, δίκαιορ, ὀσιορ, ἐγκρατῆ, ἀντεχόμενορ τοῦ κατὰ τὴν διδασχῆρ πισοῦ λόγου. id est hospitalē, bonarum rerum studiosum, sobrium, iustum, pium, temperantem, tenacem eius qui secundū doctrinam est fidelis sermonis. At illa virtutū vniuersa

farum ornamenta adeo in Paulo a Carreto resplendent, vt illa omnia, quid dicam exornaref vix cōmemorare possim. Deniq; fidissimis ministris nouem illis virtutibus excultis, quas ad Timo. apostolus recenfer, tu mi Paule omnium hominum foelicissime es comitatus. Ecquis non vnum Paulum vel vnus Petri Bertrādi comitatu foelicissimum dicat: ex ista ætate, hac in ciuitate omnium vtriusq; iuris peritissimi, secundū tamē vnū Petrū Stellā. nā oēs qui ex omni ætate, non modo in hac vrbe, sed in toto orbe intelligentiam siue vtriusq; iuris siue quarumcunq; bonarum artium ac disciplinarum habuerūt, si vnū in locum conferantur, cum Petro Stella nō sunt comparandi. Nimirum is habet locum inter iuris peritos, vtriusq; iuris peritissimus ipse, summorum hominum propē consensu, quem Petrus apostolus in apostolico senatu. Hæc est mi Petre Bertrande ea ipsa stella quæ dudum in Genabō oppido apud Ligurim flumen radios omnī genæ suæ eruditionis in orbem diffudit per triquetrum aspectum a fratre tuo iustitiæ magis q̄ iuris cōsulto. Cuius inquā clarissimę stellę iā zenith. i. vertex lucidissim⁹ in sancto senatu nostro lumen cæteris scenerat.

Valc.

Cur apud Hebræos tantum vigintidue literę, ac tres partes orationis.

Vemadmodum tres mundos figurat antiquitas, supremū omnium vltra mundanum, quem philolophi intellectualem vocant, a nemine satis pro dignitate decātatū, Hebręi autē עולם תמלאבים .i. seculū angelorū, in quo sunt nouē chori angelorū, siue creaturę penitus spirituales, semper manentes, nulli vel motui vel alterationi obnoxie, quibus nouem literę in suum ordinem locatę ab א vsq; ad י significantur. Proximum huic cęlestē, quę Hebręi עולם תגלגלים .i. seculū orbū qui mouentur in loco, quibus nouem itē literę א ב ad literā ז designantur. Postremum omnium sublunarem, quem nos incolimus, hebraice vocam⁹ עולם תיסורות .i. seculū elementorum, & in eo est homo, qui appellatur עולם תסטן .i. seculū paruū, quod gręci dicunt μικρόκοσμος: quibus inquam 4 elementis 4 reliqua elemēta intelliguntur. Vnde puto dicta sunt elementa, quasi hylemēta. i. materialia, ex quibus minimis maxima fiunt. nā si paruum paruo superaddas, & simul omne cōponas, magnus fors tandem fiet aceruus. Ita & lingua sancta diuiditur in tres partes orationis, scilicet in ש .i. nomen, quod significat p modū substantię per se stantis & pmanentis: & in עולם .i. verbū, qđ significat cū tēpore, quod est mēsuram motus: & in מלת תטעם .i. dictionē rationis, quod est colligatio nominis & verbi, quæ

non permanet, & in hoc lingua hebræa, nõ modo quia prior est ceteris linguis, verum etiã quia naturam sequitur entis, non flectens, nec per casus sua varians nomina, vt græca & latina. Hasc igitur 22 diuinas literas ex mente Hieronymi in 7 connexiones locabimus, quòd facilius illud sacratissimum sacramentum septime connexionis, quæ est extrema, refertissima mystico intellectu, percipiatur.

Prima connexio.

tabularũ	plenitudo	dom <sup>9</sup>	doctrina
Daleth	Gimel	Beth	Aleph
4 א	3 ג	2 ב	1 א

Quòd videlicet doctrina ecclesiæ, quæ domus dei est, in librorum reperitur plenitudine diuinorum.

Secunda connexio.

vita	hæc	et	ista
Cheth	Zain	Vaf	He
8 ח	7 ז	6 ו	5 ה

Quæ enim alia potest esse vita sine sciëntia scripturarum, per quam etiam ipse Christus agnoscitur, qui est vita credentium.

Tertia connexio.

principium	bonum
Iod	Teth
10 י	9 ט

Quia quanuis nunc sciamus vniuersa quæ scripta sunt, tamen ex parte cognoscim<sup>9</sup>, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum in ænigmate videmus: cum autem meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerim<sup>9</sup>, tunc li-

brotũ doctrina cessabit, & tunc videbimus faciem ad faciẽ bonum principium, sicuti est.

Quarta connexio.

disciplinæ, siue cordis	Manus
Lamed	Caph
30 ל	20 כ

Man<sup>9</sup> intelligũtur in opere, cor & disciplina intelliguntur in sensu: quia nihil facere possumus, nisi prius quæ facienda sint scierimus.

Quinta connexio.

adiutoriũ	sempiternũ	ex ipsis
Samech	Nun	Mem
60 ס	50 נ	40 מ

Hoc explanatione non indiget, sed omni luce manifestius est, ex scripturis æterna subsidia ministrari.

Sexta connexio.

iustitiæ	oris	fõs sine ocul <sup>9</sup>
Zade	Pe	Ain
90 צ	80 פ	70 ע

Secundum illud quod in quarto numero exposuimus.

Septima connexio.

signa	dentũ	capitis	vocatio
Taf	Sin	Res	Coph
400 ת	300 ש	200 ר	100 פ

Per dẽtes articulata vox promittitur, & in his signis ad caput omniũ, qui est ישיא Christ<sup>9</sup>, peruenitur: per quẽ venit ad regnũ sempiternũ. Quasi prædiceret alphabetum, & præfagiret vaticinio, quia ipsa litera ש vbi Christ<sup>9</sup> & dei verbum & deus in septima huius instabilis seculi

ætate aduenerit in carnem, erit aptissim<sup>o</sup> chara-  
cter figuræ dî nominis  $\Psi$ , quæ deus pater dedit  
inuoandû supra omnem ecclesiã, quæ est cor-  
pus ipsius. Videamus aliud mysteriû. Nunquid  
lampas in effigie sua & figura,  $\Psi$  literæ, circums-  
ductis lineamentis corporalibus, par & cõsimi-  
lis est: in qua instar  $\gamma$  elementi, quod deitatē he-  
breis designat, lychnus splendet: oleû eius lâpa-  
da & lychnum ita igni cõiungit, vt absq; omnia-  
bus ijs simul iunctis splendor lampadis tene-  
bras exire nolit. quare & Salom. cecinit  $\gamma \Psi$   
.i. oleû effusum nomen tuum. Oleum autē apud  
Hebræos a  $\Psi$  incipit litera. igitur  $\Psi$  olei nota  
.i. effusi & effabilis nominis cõueniens extat si-  
gnaculum, quod ita Christi personã imbibit, vt  
quicquid de vna in illo natura dicit, de alia quoq;  
verû esse perhibeat.  $\gamma \Psi$  homo nat<sup>o</sup> est ex vir-  
gine.  $\gamma \Psi$  etiã de<sup>o</sup> nat<sup>o</sup> est ex incorrupta virgine.  
Vnde ipsa non tantû  $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\nu\sigma$ .i. Christi  
parēs, sed etiam  $\theta\epsilon\omicron\tau\acute{o}\nu\sigma$ .i. dei mater iure coli-  
tur. Dicunt præterea secretiores hebræi,  $\Psi$  iuramē-  
tum multa connectit, maxime septenarium illû  
excelsum, a quo proueniunt omnia: sicut vocabu-  
la iuramenti & septenarij idem sunt in eorû lin-  
gua, adeo  $\Psi \gamma \Psi \gamma$ , quod iurauit significat, ve-  
nit a  $\gamma \Psi \gamma$ , quod septem significat: vt secun-  
dum eos sensus sit, iurauit. i. septenauit, vel per  
septem obtestatus est, & illa septem adduxit in  
testimonium. Quod volēs significare Abraham  
quando pepigit foedus cum Abimelech, statuit  
septem agnas in testimonium, per quas septem  
agnas representare intendebat septenarium il-

lud excelsum, iuxta quod stant septem spiritus  
qui in cõspectu throni dei sunt. Vnde Origenes  
scribens in illud Esaie: Apprehendent septē mu-  
lieres virum vnum, ait, Supra multos fuit spi-  
ritus sanctus cum suis donis: sed in nullo quie-  
uit, nisi supra Iesum, qui est vnicus sponsus, quē  
apprehenderunt septem mulieres. i. septenarius  
ille excelsus indissolubili vinculo. Iurauit domi-  
nus Christo, vt esset sacerdos in æternû: & quia  
iurauit, ideo quieuit super eum spiritus septifor-  
mis. Vnde equatur illud tertium, scilicet  $\gamma \Psi \gamma$   
quod Hebræi dicunt conuenire cum iuramēto,  
& septenario, & quietem significat. Quieuit igitur  
septiformis spiritus in eo, & septenarius ille  
excelsus: quia pater omnipotēs ad eû iurauit, vt  
semp sanctus & diuinus permanēs, alios sanctifi-  
caret, & diuinos faceret. Et illud obseruandû est  
quod eadem litera  $\Psi$  habet tres ramusculos in  
vnum colligatos, quæ indicat trinitatem perso-  
narum colligatarû in vna essentia diuina, de qua  
& locupletius in Myriade illa nostra. Oro te, in-  
quit diuus Hiero. quid hoc sacratius sacramē-  
to? quid hac voluptate iucundius? qui cibi, quæ  
mella sunt dulciora, quàm dei scire prudētiam,  
& in abdita eius intrare, & sensum creatoris in-  
spicere. & sermones domini dei tui, qui ab huius  
mundi sapientibus deridentur, plenos docere sa-  
pientia spiritali? Habeant sibi cæteri, si velint,  
suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu  
populi delectentur, & per varias voluptates  
suas diuitias vincere nequeant: nostræ diuitiæ  
sint in lege domini meditari die ac nocte, pulsæ

resanuat non patētem, panes trinitatis accipere, & seculi fluctus domino præeunte calcate.

¶ Naturalis literarum diuissio.

X prælibatis ergo 7 connexionibus e<sup>e</sup>puto satis patere quòd elementorum hebræorum nomina proferimus, ipsa vero elemēta nequaquam. vis enim literę sola dictionibus inferitur, vox autem deforis subiungitur: nam aliud nihil **ה ו ב ג** exprimūt, nisi labiorū gesticationem: sicut **א ב ג ד ה ו ז ח ט י** linguę impulsū: & **כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת י** dentium exhibilātem crepitationem: similiter **ך ם ן ף ץ** palati uulvęq; cōmotionem: & **ג ן ן ן ן** solum hiatū gutturis. Hęc illarum est virtus literarum atq; potestas, non vt totę secūdum nomen ingrediantur dictionem, sed quòd aptitudine sua præbeant applicationē vocis ad vocalia instrumēta: sicut nec apud gręcos literę non proferūtur, teste Platone, *ὡσπερ τῶν σοιχείων οἶδα ὅτι ὀνόματα λέγομεν, ἀλλ' οὐκ αὐτὰ τὰ σοιχεῖα πλὴν τετάρων τοῦ ε, καὶ τοῦ υ, καὶ τοῦ ο, καὶ τοῦ ω. τοῖς δ' ἄλλοις φωνήεσι τε, καὶ ἀφώνοις, οἶδα ὅτι περιτίθεντες ἄλλα γράμματα, λέγομεν, ὀνόματα ποιοῦντες, ἀλλ' ἕως ἀν' αὐτοῦ δ'ηλωμένην τὴν δύναμιν ἐντιθῶμεν, ὁρθῶς ἔχει ἐκείνο τὸ ὄνομα καλῶν, δ' αὐτὸ ἡμῖν δ'ηλώσει. οἶον τὸ βῆτα ὁρῶς ὅτι τοῦ η, καὶ τοῦ τ, καὶ τοῦ α προσεθέντων, οὐδ' ἐμ' ἐλύπησεν, ὡς ἐμὴ οὐχὶ τὴν ἐκείνου τοῦ σοιχείου φύσιν δ'ηλώσει. ὁ δ' αὖ τῶν ὀνομάτων οὐ ἐβούλετο ὄνομα θετικῆς οὕτως ἠπισθῆ καλῶς θέσθαι τοῖς γράμμασι τὰ ὀνόματα.* hoc est, Vt in elemē

tis fieri cernis. Scis enim q̄ elementorum nomina dicimus, ipsa vero elementa nequaquam, quatuor duntaxat exceptis, scilicet ε, υ, ο, ω. Cæteris autem, tam vocalibus, quàm non vocalibus alias addentes literas, nomina constituimus, atque ita proferimus. Verum quousq; elementi ipsius vim declaratam inserimus, conuenit nomen illud vocare ipsum quod nobis significet elementum: vt in β apparet, vbi additis η, τ, α, nihil obstitit quin integro nomine natura elementi illius ostenderetur, cuius nominū auctor voluit: vsq; adeo scite literis nomina imposit.

¶ Μετάθεσις mystica, siue siruph sacrarum literarum.

As primitiuas 22. literas, quibus so-

lis ab initio scriptura omnis depicta extitit, secretiores hebrę transponūt,

locant & dislocant pro cuiusuis iucundę contemplationis amœnitate: cuiusmodi est illud amœnissimum reginę cælorum **ק ר ר**, id est Maria. quod si per siruph, aut reuolutionem literarum eorum more scribatur, **ר ר ר** dicit, quod mare excelsum significat: per quod mystice intelligimus misericordiam, gratiam & pietatem. quod mare cognoscēs Ionas, cū durus nuncius ad Niniuitas delectus fuisset, bonus & pius vir simplex **ק ר ר**, id est columba nomine & re, ne se uera mandata perferret, iter arripuit ad ipsum mare, id est misericordiam, gratiā & pietatem. Ergo cū ipsa *μεγαριτωμένη* **ק ר ר**, id est maria, hebraice per siruph mare illud excelsum

dicatur, stella maris, mater misericordie, gratie & pietatis merito a nobis colitur, quanta est *μετάθεσις* mystica in dictione *מרי*, id est asinus. quæ si per siruph *ר* præferatur dicēdo *מרי* id est pietas, vel clementia, significabit quod tunc omnium clementissimus *רצון* cum appropinquasset Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniam, *πρὸς τὸ ὄρος ἐλαιῶν ὡς ἐλαιῶν*, id est misericordiarum, καὶ ἐκείθισεν ἐπ' αὐτόν, cœpit exercere supremum opus pietatis & misericordie. Præterea quantum est mysterium in dictione *רוח*, id est spiritus, aer, aut ventus: unde *רוח* dictione, odorem & odoratum iuxta verum etymon significans, fluxit, & eo velut vehiculo trahatur odor. Quod si per siruph pro *רוח* id est spiritus, dicatur *רוח* quod est foramen, significabit id quod *θεόπνευσι* dicunt, scilicet cum transmutatus spiritus in meliorem sortem, secum inferius deducit, & hoc per seipsum subtiliat, sicut subtiliatur aurum deductum per angustissimum foramen: vt de animali fiat spirituale: & hoc quando primo vnitur cum illo diuino & superiore. Si autem decidens cōglutinatur cum inferiori, tunc per seipsum tanquam per foramina cribri distillat: & deperdit quicquid ex superiore deteriorari potest. Quas metatheses imitari volentes græci, tantum deficiunt, quantum græcum idiomata, hebrææ linguæ foetus (vt ita dicam) spiritus, defecit ab ipso sacro & mysterioso eloquio, in quo secundum rerum proprietates nomina ab Adam iubete deo imposta fuere. quare exempli metatheseon græcarum enumerando, admo-

dum breui defatigabor, veluti si quempiam *δωρόθειον* pro *θεοδώρα*, aut pro *νικοδήμου* *δημόνικον* appellem, siue pro *δημοφίλω* *φιλόδημον*, & *σωματοφίλον* pro *φιλοσωμάτω*. propter linguæ græcæ ac aliarum linguarum inopia, quæ ad hebræam tanquam omnium idiomatum fontem comparata, pauperes sunt, & egestatis suæ impatientes, vt quæ & reliquarum nationum alio sciant idiomata. quod idcirco dixerim, quo sacre linguæ candidatos attentiores reddam ad considerandum vocum literas. sic enim fiet, vt in omni lingua deprehedamus nostram, hoc est hebraicam. id quod venerandæ antiquitatis indubitatum argumentum est. Et quo facilius latinorum furta deprehendere liceat, nunquid sum es est, verbum tritum, a voce hebræa *שום*, id est sum vel pono, defluxit: Et vt mihi fides adhibeatur, *שום*. i. sum hebraicam vocem id significare, & esse idioma sanctum in supellectili latini sermonis, citabo illud Esaiæ 44. *שום עמי*. id est, quum ipse sim ab æterno. De Chaldæorum & Arabum, Syrorum, & omnium orientalium linguis nulli dubium est, qui vel apices eorum modo aspiciunt. Porro græcæ & latinæ linguæ tot voces commodarunt hebræi, si modo Rabbīnorū p̄icta obliteres, antistoecha probe expendas, & metatheseon inuersionem in ordinem constituas, vt mancam vtrancq; reddideris, si reddere sua hebræis pergas. Quid si græci *ἠπλώμενοι* suam *ἠπλω* quam ab hebræa, *חתה* vel *חתה*, id est formido, contritio, detectio, mutuo acceperunt: aut *κράσαι* αὐτοὶ suum *κράσ*, quod a *קרן*



habuerunt, redderent, nonne in hac parte muti-  
lati forent? Sed quia incidimus in mentionem  
dictionis קרן, dicamus altius. Vtuntur nimirū  
hebræi hac voce קרן. i. cornu, pro radio, flama,  
ma, aut splendore, metaphora a bouis cornu ad  
solis radios ac iubar, & ad flammam tracta. hinc  
nonnulli ipsorum dixerunt, quod per errorem  
Moses ille supra omnes mortales lenis, iucūdus,  
suauis & patiens, cornutus nobis factus est, quū  
scriptura voluerit nobis gratiam, splendorem, &  
authoritatem, quæ ex colloquio domini accesser-  
rāt, ita vt per omnia augustinior esset quàm prius,  
commendare.

¶ De quinqueliteris finalibus.

Ræter. 22. literas sunt aliæ. 5. finales  
p siue terminales, quas longe pōst ille  
prudens Esdras, vt multi asserunt, si-  
mul cum punctis adinuenit: nec. 22. numero as-  
cribūtur: quia istarū פתח בראשית & me-  
diūm locum obtinentiū sunt אפרים וישראל  
ac explicaturæ: quæ in longū dū superne integre  
manent, in hunc modū tantū in fine finguntur  
פסוק : nisi semel Esa. 9. cap. in dictione  
למרת. quod ita dixit propheta, coactus vide-  
licet naturæ ordinem in virgine matre permuta-  
tū, genuino situ literarū permutato innuere, atq;  
clausum מ contra linguæ proprietatem in me-  
dio dictionis ponere, inuiolata claustra virginis  
puerperæ significaturus.

¶ An Moses, prophetæ, atq; hagiographi  
vñ sint notis vocalibus.

h Ebræorum literas aliquando caruisse  
vocalibus notis, quas Esdras, vt non-  
nulli asserūt, excogitauit, aut, vt alijs  
placet, ipsorū Rabbini & finxerūt, & supposue-  
runt, non tantum hinc colligitur, qd diuus Hiero-  
nymus nullam profus ipsarū facit mentionē, &  
vetustissimi eorum odices etiam si nunc habeāt  
eas notas, aliquādo tamen non habuisse, tum ex  
atramēti dissimilitudine, tum ex situ earum de-  
prehenditur: sed vel hinc maxime, qd Saul quon-  
dam verbi ambiguitate deceptus errauit ab ora-  
culo, cū pmisisset deus Exodi xvij. cap. אמרת  
עמלק. id est, delebo memoriam  
Amalech. credens si mares abstulisset, satisfieri  
præcepto, quoniam אמר masculinum significa-  
ret. Deus autem magis deleri memoriam Ama-  
lech per hoc vocabulum אמר voluit, quod me-  
moriam quoq; designat. Quia igitur nondū erat  
scripturæ sacræ distinctio per puncta & accen-  
tus, אמר sine notis vocalibus & memoriam &  
masculinum enuncians, Sauli primo regi Israël oc-  
casionē dedit ruinæ. Contigit & græcis, qui He-  
bræorū more olim notis accētuum ac alijs pun-  
ctis subscriptitijs non vtebātur, simile, de verbo  
φωε, quod hominem & lumen significat. Vnde  
quondam Saturnaliorū cultores ἀμφιβολογία  
decepti, hominē aliquem quotannis Saturno im-  
molarunt: cum æque sacrificium illud accensis  
luminibus fieri potuisset, vt placaret Saturnus,  
b ij

Arte igitur quadam secretiore & vsu constabat lectio. Qui tamen posteaquam toties in captiuitates varias abducti sunt, & peregrinæ gētes aut patriam ipsorum, aut ipsos in patria non sua tenuerūt, prorsus exoletus est factus. Vbi vero tantum respirationis eis sit datum, vt vel redire ad literas suas, vel voculandi modū excogitare poterint, incertum est. Hoc tamen ambiguū non est, tunc tandem inuentum esse, quum eis omnis ferme peritia perierit. Cuius rei argumenta sunt plus q̄ barbaræ voculationes **ררר**. An non se offert quomodo legi amet? Nempe Darius. Aequè **רר** si puncta auferas, nōne sua se spōte legit, *υρρος*, Cyrus? Quæ ergo intemperie mouent vt pro Darius Dargafesch, & pro Cyrus Corefch, & pro **ררר** safan, & sexcenta huiusmodi legant?

¶ Cur quælibet dictio tribus literis tantum quas radicales vocant, scribatur.

h Ebraei meliori doctore, quàm græci aut Latini suo Aristotele instructi, Abraham potissime, omnium rerum causas profundiori quodam modo, q̄ vsq̄ Arist. pertractant. Tria enim elementaria principia præsupponunt, **רר**. i. terrâ: **רר**. i. aquam: & **רר**. i. ignem: **רר** vero. i. aerem non habent tanq̄ materiã, sed veluti glutinū & spiritum illa tria cōnectentē. ex quibus tribus principijs vnâ cum glutino **רר**. i. spiritu, mediante virtute magni nominis omnia producta asserunt. quarū dictionū scilicet **רר**. i. ignis, aqua, aer, puluis, literæ cum literis plenis nomi-

nis **ררר** **רר**, hoc modo **רר** **רר** **רר** **רר** complent illum cubum 999: quo mirabili artificio (vt dicunt ipsi Hebræi) omnia producta intelliguntur: vt plenius in Ennade nostræ Myriadis dicitur. quibus inq̄ 3 principijs 3 literas alphabeti applicuerūt **רר** **רר** **רר**. & quia illa a quibusdam intelligentijs (quas ophaninos vocant) disponuntur per 7 erratica sidera, quæ aliis quando in propria, aliquando in peregrina domo reperiuntur, per 7 literas denotare voluerūt: quæ sunt bifariæ prolacionis, remissioris videlicet, & fortioris, pro varietate apicum ipsis appofitorum vel intellectorum. quæ literæ huiusmodi sunt **רר** **רר** **רר**. reliquas autem 12 literas semper vniformis prolacionis, 12 signis ascribunt. quæ sunt **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר** **רר**. Volunt insuper vnumquodq̄ cōpositum denominari illis literis, quæ designant causas congregientes ad cōpositū illud conficiendū. Et quia in vno quoq̄ fabricicio supereminet aliquod elementum, aliquis planeta, & aliquod signum, opinantur vnumquodq̄ rite denominatum, quando componitur ex 3 literis denotantibus illas supereminentes causas. Sicq̄ asserūt aliqui Adam cognouisse quod nomen vniciq̄ rei accommodatum imponeret. Sed quia corpora absq̄ vita & anima mortua sunt & imperfecta, hinc literis illis certa & accommodata addiderunt puncta: quæ sicut literis illis præstant quomodo proferrantur, & quodammodo viuant, sic per ipsa designare volūt vitæ rerum cōpositarum. Et quia omnia emanant, & incrementa a supramunda-

nis fontib<sup>9</sup> sumūt, ab ipsiq; semper dependēt,  
 voluerunt etiā per accentus suprapositos literis  
 illis designare fontes & influxus illos a supra-  
 mūdānis fontibus procedētes: quibus tamē nec  
 Moses nec vllus hagiographus vsq; vsus est. si-  
 quidem vocalibus nulq; caruit ea lingua. & a  
 em, y e, i, o & v, nunq; eis defuerunt: quauis  
 in quibus tot consonantes sine vocalibus consti-  
 pantur, videantur contrauenire: sed vulgare fuit  
 eis aduoculare ad huiusmodi: quomodo si latine  
 scriberetur dñs, aut gallice v're, tribus literis  
 tantum originalibus, quas ipsi radicales & sub-  
 stantiales vocāt, subintellectis vocalibus literis.  
 Sed peritiā & vsus huiusmodi aduoculandi ob  
 longinquas captiuitates prorlus (vt dixi) exole-  
 tus est factus. Ideo velimus nolimus cogimur  
 iā eos apices recipere: q; bifarij sunt. Inferiores,  
 qui pro maiori parte puncta dicuntur, hebrai-  
 ce בְּקִרְיֹת, viuificātem spiritum significant,  
 atque volitantem & incubantem super omnia  
 mēbra tam mūdāni q; mystici corporis, de quo  
 uis loquatur scriptura. quod videns Ezechiel dī-  
 xit. Et spiritus vitæ erat in rotis, mundana scilicet,  
 atq; humana, vtrancq; viuificans: quia mun-  
 dana hæc domus, spherica est, in medio rotæ &  
 spheræ illius intelligibilis & supremæ, id est in  
 verbo, quod in illa supramundana rota medium  
 possidet, dicente Eze. כְּתוּבָה בְּתוֹךְ הַרְבֵּעַ  
 id est, rota in medio rotæ. & Ioanne cōfirmante,  
 πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ  
 ἐγένετο οὐδ' ἓν ὃ γέγονεν. ἐν αὐτῷ ἔωη ἡ π. in  
 ipso inquam verbo viuificāte, quo pater portat

& sustentat omnia. Superiores apices, qui a græ-  
 cis πνεῦμα δ' ἁγίου dicūt, hebraice aut̄ קְדוּמַיִם,  
 spiritum diuinum & sanctum significāt, sancti-  
 ficantem, & in deum redeuntem. De quo bifario  
 spiritu, qui tamen vnus est, loquitur Origenes in  
 volumine περὶ ἀρχῶν non indocte. Nam quā-  
 uis multiplex sit diuini spiritus virtus, hæc ta-  
 men bifaria præcipue est, ex qua dicitur spiritus  
 vitæ, & spiritus sanctus: qui quidem קְדוּמַיִם  
 nec a Mose nec ab alijs pphetis depicti sunt, sed  
 magno spirituali cōcentu eos decantabāt, haud  
 secus q; latini, qui suos accētus non scriptos pro-  
 ferunt. Quælibet ergo dictio linguæ sanctæ cō-  
 stat tribus, videlicet literis tribus, punctis voca-  
 libus, & accentibus, ex qbus sermo dei viuus &  
 efficax. Et hæc sufficiāt dicta de apicibus, abs-  
 tinendo ab vltiori reseratione. Superflunt mula-  
 ta cōmunicāda inter perfectos, aut spiritu cōtē-  
 planda: dicendūq; est cū propheta, Reuela oculos  
 meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua.

De literis naturalibus, & accessorijs.

Vnc instruere vigintiduas literas pro-  
 tinus ad aciem visum est, quibus in-  
 structis bene intelligetur trium par-  
 tium orationis constitutio: qua re vel vna nititur  
 linguæ sanctæ cognitio. Instructus ex eis exerci-  
 tus tanti est momenti, vt nisi abs te ad vnguem  
 obseruatæ fuerint, non video quid tibi herculeus  
 alioqui labor in hebræis ita multum conferat.  
 Verum tractatu rerum quæq; tibi mollescēt. ob  
 id noli desperare. Nam, quicquid fieri potest, id  
 Fabio Quintiliano teste turpiter desperatur. Bea-

ne autem tunc demum instruantur, si in dupli-  
ces ordines omnes separaueris, nempe in mili-  
tes grauioris armaturæ, quibus quidem saluis &  
ordine digestis acies cuiuscunq; vocabuli salua,  
legitimeq; digesta erit: & in milites leuioris ar-  
maturæ, siue accessorias literas, quæ radici vicariã  
locant operam: modo adsunt subsidij causa, mo-  
do repelluntur, vt vsus fuerit, citra vocum inter-  
necionē. Sit itaq; hæc earū partitio. Ex eis enim  
vndecim substantiales tantum, & reliquæ vnde-  
cim simul etiam accidentales sunt. Substantiales  
sunt quæ videlicet de dictionis corpore nunquã  
possunt auelli: & dicuntur ob id passim a gram-  
maticis radicales, naturales, fundamētales, essen-  
tiales: & solum primitiua dictionum denotant:  
quas Rabbi Mose kimhi sic colligit **חט ספר**  
**קציע צרף**. Accidentales ob id, q̄ non sunt de  
essentia primitiui dictionum corporis, verū de-  
mi possunt: etsi nonnunq̄ substantialium vice  
fungantur, & fiant substantiales. dicunturq; acces-  
soriæ, mobiles, adiectitiæ, precariæ, vitariæ, sub-  
seruiētes, famulātes: quas sic colligas **את בנות**  
**ברושלי בר**. Quas ego, quia aliquando submi-  
nistrant, aliquando sunt principales, faciam le-  
uioris armaturæ, & velitares milites, quando ius-  
tæ pugnæ aliquādo allegunt, & aliquādo quasi  
sarcinis ferendis subfamulant, & multa denomi-  
nandi genera consummatis perfectis verbis, sicut  
ti velites exercitui cōmeatum, ingerunt: quarū  
quando famulātur, præclara officia qui in nume-  
rato habuerit, sane prudentem delectum aget,  
instruetq; feliciter, certissime discernēs quid quo-

uis loco loqui quæq; illarum polleat.

¶ De vario ministerio vndecim literarū  
seruiliū quod exhibet quādo nō sunt  
de radice dictionis.

¶ Cum seruit, notat primam personam singu-  
larem futuri temporis: vt **אָרָא**, id est clama-  
bo. Aliqua interim nomina denominatiua, sed  
pauca, in eadem forma constituit: vt **אָרָא**, id  
est brachium. & est ipsa **א** litera diuinitatis, &  
primi fontis omnium bonorum. Et quod dignif-  
simum scitu, iuncto **א** cum **ב** caractere filij, fit  
**בא**, quod patrem significat: qui pater nō potest  
esse sine filio. estq; **א** formatum ex **ב** transuerso,  
& duobus **ו**. quæ literæ in numero computatæ  
reddunt 26, quātum dat nomē **טַעֲרָאָרָא מִמֵּדָה**  
**טוּב**, quod est nomen filij. per quos numeros nō  
intelligimus vocales aut naturales vel rationa-  
les, sed diuinos, & diuinitatis proprietates: quæ  
sunt adeo reciproca communione in patre & fi-  
lio, vt dicat ipse filius, sapientia patris: Ego in pa-  
tre, & pater in me est. ¶ **אָרָא** radici adueniens, futu-  
rū secundæ personæ masculinī generis, aut tertie  
fœmininī indicat: vt **אָרָא** .i. facies viri, vel  
faciet mulier. Perpende mysteriū quo agnoscas  
q̄ quasi lege diuina sancitum sit, quodcunq; præ-  
ceptum vnaquæq; lex iusserit viro agendum, ite-  
dem & iussum mulieri, viro id suadente, aut ad  
id impellente, intelligatur: iuxta illud, **אָרָא**  
**אָרָא** .i. & ipse dominabit tibi. In fine ve-  
ro idem **אָרָא** primæ personæ aut secundæ præteri-  
ti nota est. ¶ **אָרָא** in capite dictionis symbolū simi-  
litudinis est, vt **אָרָא** id est sicut vitis. In fine

vero valet tuus, tua, tuū : vt קולך .i. vox tua.  
 Hic adnotādus idiotisimus linguæ sanctæ, qui  
 talis est, vt affixa, hoc est pronomina possessiua,  
 possessori cōformēt, non rei possessæ: quæ qui-  
 dem res plurimum lucis in loco conciliat sensi-  
 bus: vt si volet hebræus de veste sua loqui, non  
 dicet vestis mea, vbi possessiuū pronomen con-  
 forme est vesti rei possessæ: sed vestis meus vel  
 mei, vbi possessiuum pronomen conforme est  
 possessori. & si hebræa de libro suo loqui volet,  
 non dicet liber meus, sed liber mea: propterea  
 q̄ possessor foemina est. **ל** in principio dictio-  
 nis notat primam personam pluralis numeri fu-  
 turi temporis, & etiam verbum passiuum in om-  
 nibus personis: vt **נעשה**, id est faciemus vel  
 faciamus. Siquidem hebræi vnicum futurum,  
 optatiuum atq; coniuuctiuum modum ignorā-  
 tes, habent, sicut vnicū præteritū, a quo incipi-  
 unt: quia præteritū est necessariū: qđ præcedit, possi-  
 bile: & est item causa q̄ ab eodē incipiunt, quia  
 in sacris literis prius fuit positū **ברא** .i. creauit.  
**ל** a frōte dictionis eam emphasim habet quā  
 ἀρχή προτακτικὸν ὁ, ἢ, τὸ, apud græcos ha-  
 bet: vt **אין תרעה** .i. lignū sciētie. quōq; est signū  
 quæsitiuū, vt **השומר אהר אביר** .i. An custos  
 fratris mei ego? In fine vero indicat foemininū  
 genus: vt **איש** .i. vir. vnde **אשה** .i. vira, si lice-  
 ret dicere. in quo scilicet **שאר** sunt duę literę di-  
 uinitatis, **א** videlicet, & **ר** q̄ innuūt hominē vir-  
 tute præditū bis esse diuinū, natura scilicet, qua  
 cōtinet imaginē dei: & virtute, qua cōtinet simi-  
 litudinē. scđm qđ mysteriū virtus potest sic dif-

finiri, Virt<sup>9</sup> est opatio assimilās hoīem deo, atq;  
 deificās. Aliud quoq; est obseruādū mysteriū ex  
 vocabulo **אדם** .i. hō, i quo sunt duę literę qua-  
 dratæ, **ד** scilicet, quę 4 significat: & **מ**, quæ qua-  
 draginta importat: ex quib<sup>9</sup> innuūt hebræi ho-  
 minē ex duab<sup>9</sup> quadraturis cōpositū, & aliquali  
 diuinitate pfusum, denotata p̄ ipsum **אדם** qđ satis  
 indicat ex verbis illis, **וייצר יהוה אלהים**  
**את אדם עפר מין הארמה ויפח**  
 hoc est, finxit domi-  
 nus de<sup>9</sup> hoīem puluerē de terra, & insufflauit in  
 nares ei<sup>9</sup> spiraculū vitarū. vbi tria tangūtur. Pri-  
 mū videlicet **עפר** .i. puluis, vel atomos melius,  
 quod subtilius corp<sup>9</sup> spiritui cōueniens indicat.  
 Secundum **תארת**, id est terra, quæ id quod  
 est crāssius ex elemētis, notat. Tertium **נשמה**  
 id est spiraculū: & est illud diuinum quod nobis  
 perfusum est, quodque aliqui dicunt portionem  
 superiorem, ex qua cum animali nostro (vt Plo-  
 tino placet) pullulat anima rationalis. Sed quan-  
 do ex hoc duplici quadrario, mediante virtute,  
 totus homo reducitur ad illud diuinum, & trās-  
 it in deum, tunc commutat quadrariam & ele-  
 mentariā literā **ד** in **ר** notam diuinitatis: & aliā  
 quadrariam literā reducit cū magno mysterio  
 ad trinum cētenariū septimæ cōnexionis, deno-  
 tatum per **ש** tertiam literā vocabuli significātis  
**איש**, id est virum. **ל** a fronte est nota **πρὸς**  
**θεωσας**, a, ab, ex, de: vt **מפרי** id est de fructu:  
 & constituit nomen denominatiuū: vt **משפט**  
 id est iudicium: quod scilicet iudicium apud  
 Hebræos tribus diuersis nominibus dicitur.

Primum est קריב, quod propriæ causæ actionē coram iudice significat. Secundum, scilicet קריב sententiæ promulgationē exprimit. Vnde Dan iudicare populos dicitur. Tertiū משפט com plectitur actionem, & sententiæ promulgationē. In qua dictione lusit elegātissima paronomasia Esaias cum משפט quod descendit a משפ. i. ancillare vel tondere: quia quæ in seruitutē manciparentur, tonderentur. Vnus est inquam ancillandi verbo pro more ancillarum tōdendi. Verba prophetæ subijciam, quo agnoscas omnes linguas in comparationē linguæ sanctæ esse omnino incultas. וקרו למשפט ותנת משפה. Expectavit iudicium, & ecce colligantia: iustitiā, & ecce clamor. Quis talē allusionem aut agnominatiōnē, in qua similes ferme sunt literæ, & varia significata, vsquam apud Demosthenem aut Ciceronē reperire possit? Sed redeamus ad nostras sacras literas. Idē מ in fine, eorū, eos significat. ויש ואל ארורו ופוטאκτικόν græcorum, scilicet ὁς, ἡ, ὁ, id est, qui, quæ, quod: vt ישן אלהים. i. Iesus redēptor meus, quē diligit anima mea. Itidē & in cōpositione significat: vt שמך, id est quod propriū: quo vocabulo Hebræi solem appellant, eo quod lux & eius beneficium sibi ipsi proprium sit. vnde & latinī solē dicūt, quasi solum lucentē: & Assyrij Adad, quod lingua eorum solum significat. Hinc græci Apollinē quasi ἀπλόγ, id est simplicē ac vnū, vel ἀπ' ἄλλων, id est ab alijs sequestratum, & multitudinis nescium interpretati sunt. Ab eadē

litera deducitur nomen dei יהוה, quod semper terrificum fuit in hostes humani generis. cōponitur enim ex יהוה, id est qui, quæ, quod: & יהוה id est sufficientia. Vnica vox latina energiam huius dictionis vix exprimit, nisi diceres omnifufficiēs, copiæ cornu, & vt græci dicūt, θάσος ἀγαθῶν, id est aceruus omnium bonorum. cuius literæ in numero dant 314. cui numero si addatur binarius, qui corporaturam significat, cōstituit 316, qui est numerus literarum nominis יהוה. Cum igitur Christus cognosceret ipsi nominis יהוה virtutem in suo fuisse conclusam, apostolis referauit dicēs, In nomine meo dæmonia eijcient. Et reddit nobis sēsūm datiui, accusatiui, & interdū genitiui, cū quadā emphasi, vt למרים, id est, ad Mariam cor meum. Idem significat cū particula מן: vt in dictione יהוה שלם, quæ componitur ex verbo יהוה quod est hæreditare, & מן id est ipsis, vel ad eos: vt dicatur Ierofolyma quasi למן יהוה id est hæreditas ipsis. quæ interpretatio bene competit supernæ Ierofolymæ, in qua vnicuique datur hæreditas de qua inquit propheta, Hæreditas mea præ clara est mihi. Potest etiam ipsa dici visio pacis, a verbo ראית & שלם: & tūc יהוה erit hemāticum: quæ perfectissima visio & fruitio pacis, & principis ei⁹, in illa superna ciuitate habetur. In terrestri vero Ierusalē habitasse dicūt & mortuus esse Adam. Vnde & locus, vt est apud Hieronymū, in quo crucifixus est dominus noster, Caluaría appellatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis Caluaría condita, vt secundus Adam, &

sanguis Christi de cruce stillans, primi Adam & facientis protoplasti peccata dilueret, & tunc sermo ille apostoli cōpleretur, Excitare qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. In tribus suis nominibus trinitatis demonstrat fidem. Iebus, Salem, & Hierusalem appellatur. Primum nomen calcata, secundum pacis, tertium visio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finem: & post conculcationem ad pacis visionē erigimur: in qua ciuitate Salomon. i. pacificus natus est, & factus est in pace locus eius. ¶ In fronte dictionis constituit tertiam personam vtriusq; numeri futuri temporis, vt est illud Esaiæ 10. cap. in quo mira est anadiplosis, לכן ישלח הארונך יהוה צבאות במשמנוי ריון תחת כברי יקר יקר hoc est, Propterea mittet domina. צבאות dominus exercituum in pingues eius maciē, & subter gloriā eius exustione exuret, sicut exurens ignis. Quis Demosthenes aut Cicero illam anadiplosin quæ est in יקר & יקר, & gratiā paronomasiæ quæ est in כבר & ביקר, adferretur? In fine vero valet meus, mea, meum: vt שרר id est princeps mea: quæ postea vocata est a domino שרת per ה, id est princeps. Causa autem ita immutati nominis hæc est, vt inquit beatus Hieronymus, quæ antea dicebatur princeps mea, vnus tantum domus materfamilias: postea vero dicitur absolute princeps, id est ἀρχουσα. Vel, vt alij volunt, שרת interpretat̃ domina vel hera, seu potius ipsa dominatio: vt cum hominē iustum dicimus ipsam iustitiam,

aut hominē sceleratū scelus vocamus. Et quædam modum marito dominus nomen auxit, ita vxori minuit, aut potius cōmutauit. nam pro literam א adposuit, quā & Abrahæ nomini addidit. Est autem א litera essentialis & præcipua nominis ineffabilis dei אהרהו quæ nominibus Abrahæ & Saræ addita est, quæ ex eis nasciturus erat Christus filius dei, in quo oēs gentes, quarū pater Abrahā, benedicēde essent. ¶ Item א aspiratiōis nota est hebreis. spirādo autē viuim⁹. aspiratiōe ergo vita significatur, quæ Xps est: qui ex Abrahā iuxta carnē erat nasciturus, vera scilicet vita, sine quo omnia mortua sunt, & quæ omnibus vitā præstat. ¶ Idē א in fine hebræi scribūt, & legūt א: cōtra scribūt א, & legūt א. nā scriptura hebræa potest legi cū pūctis, & sine pūctis. idcirco ipsa scriptura si legatur sine pūctis, vnū ostēdit: si vero cū pūctis, aliud. Cum autē scriptura sacra cū pūctis & sine pūctis legi possit, idē nomē & verbū & in singulari & in plurali numero legi poterit. quod tamē nō sine magno arcano accidere potest. nā opus est vt lex pūctorū cū literis ipsis cōueniat. Ideo Iudæi quā aliqua talis dictio reperit, dicūt, sic scribit̃, & sic legit̃. i. secūdū literas sic scribit̃: secūdū vero pūcta sic legit̃: vt i psal. 111 אהרהו. i. trāsmigra, vel trāsmigrate. nā indifferēter trāsserri potest. Trāsmigra scilicet secūdū א legit̃ אהרהו, & refertur ad animā, siue ad Christi diuinitatem. Vel trāsmigrate in plurali numero, prout scriptum est אהרהו: & sic refertur ad animam & corpus, & discipulos: id quod profecto te latere minime velim, quoniā Iudæi

meris earū, & etiam in vaticinijs correspondētibz continentur. Habent enim pro constanti secretiore theologij, & oracula multoties continent nomina illorum de quibus prophetatur, in principio, sine, vel medio dictionum: secundum quem modum nomen ישׁו sep̄ius reperitur, vt psal. יהי שמו לעולם לפני שמי. 7. hoc est, Ante solē permanet nomē eius: & benedicent in ipso omnes tribus terrę. Nomen enim ישׁו cōtinetur in capitibus horum verborum יגון ויהתברכו שמו ויהתברכו. Vbi si accipiantur capita dictionū, quę sunt י, ש, ו, constituunt ישׁו quod nomē fuit ante solem, & in ipso benedictę sunt omnes gētes. Similiter Genes. 49. vbi dicitur, Veniat Messias, capita dictionum constituunt nomen ישׁו, quę in hebręo sic habentur. וכל שילת ולו. Sed mirabilius est in psal. 95. in verbis istis יהוהו השמים ותגל הארץ ירעם הים ומלוא יעלו שרי וכל hoc est, Latentur cęli, exultet terra, contremiscat mare, & omnis plenitudo eius: exultabūt campi, & omnia. In quorum verborum mysterio refertorū capitibus habetur nomē יהוה completum, & postea idem nomē absq; vltimo ת, deinde nomen ישׁו: ad denotandū q̄ תוה ת illud completi debebat in nomine ישׁו tāquā successore suo, cui quodammodo cedebat, quia virtus illius nominis יהוה data est ישׁו, cui pater omnia dedit. Vnde probat author תמונת ספר תמונת vltimum ipsius nominis יהוה diuinitatem debere vniri cum

humanitate, & effici בשׁו in quo existeret virtus illius magni nominis. ideo vnūtū nominā, & succedit nomē ישׁו incompleto illo יהוה quando secūdo repetitur: quia sicut in priori testamento venerabantur completum, sic in secundo & vltimo cessisse innuitur. Completur insuper hoc nomen ישׁו ex numero maiori, minoris, & medio in denarium, qui est numerus completus. est enim vnus senarius, vnus denarius, & tres centenarij, qui simul iuncti cōstituunt decē, numerum quidem perfectum, & constitutum ex omnibus generibus rerum spiritualium, vides licet cęlestium & terrestrium, quę importantur per numeros denarios & cētenarios, iuxta illud quod Paulus sapius repetit dicens, In ipso est omnis plenitudo, & in ipso recōciliantur omnia. ¶ Vt afferunt hebręi, signaculum est beatorum spirituum superiorū emanationis septimę, qui nominantur ab eis אלהים, id est dij, & influunt de dei virtute per sexti ordinis angelos, ac eadem virtute inferioribus influunt. Hanc septimam emanationem Dionysius principatus interpretatur, dicens, ἐκφαίνῃ γὰρ ἢ μὲν τῆν δυνατῶν ἀρχῶν τὸ θεοῦ δῶς ἀρχιῶν ἢ ἡγεμονικὸν μετὰ τᾶξίως ἱεράς, καὶ ταῖς ἀρχικαῖς προεσάταις δυνάμεισι, καὶ τὸ πρὸς τῆν ὑπεράρχιον ἀρχὴν αὐτοῖς τε ὀλιγῶς ἐπεσραφθαι καὶ ἐτέρων ἀρχικῶν ἡγεῖσθαι, & πρὸς αὐτὴν ἐκένη ὡς δυνατὸν ἀποτυπῶσθαι τῆν ἀρχοποιὸν ἀρχὴν ἀναφάινειν τε τῆν ὑπερουσιον αὐτῆς ταξιαρχίαν τῆ τῶν ἀρχικῶν ἑυκοσμίας δυνάμει. hoc est, Exprimitur

nanq; cælestium principatum nomine, illos ad dei imaginē principari ac duces esse, cum sacrosancto, principalibusq; virtutibus cōuenientissimo ordine: atq; id præterea, ad summum eos principatum tota intentione conuersos, aliorum quoq; præcipua dignitate duces esse: ac pro viribus in se effingere supremum illum suiq; auctoritatem principatum student, principaliumq; decore virtutum, summum illius diuinumq; ordinem promere. **¶** Estq; ipsa litera **א** perpetuo naturalis vt **א**, id est aurum. Vnde **א**, id est lamina aurea, quæ erat octauum genus vestimentorum quæ præordinata erant a deo pro sacerdotibus & pontificibus antiquæ legis: quæ omnia figuram & typum gerebant nostri summi pontificis **א**, & eorum quæ in sacerdotio euāgelico constituit, in qua scilicet **א** erat scriptum nomen **א**. Hæc super pileolum lineum, & commune omnium sacerdotum. In pontifice plus addebatur, vt in fronte vitta hyacinthina constringeretur, totamq; pontificis pulchritudinem, dei vocabulum coronaret & protegeret. **¶** Signū est, vt dicunt hebræi, superiorum emanationis octauæ, & sunt angeli qui vocantur ab eisdē **א**. i. filij deorum, de virtute **א** per angelos septimi ordinis infusis, ac eadem dei virtute inferiorib<sup>9</sup> influentes: quos Dionysius appellat **ἀρχαγγέλων ἀρίων τὰς ξίμ.** & hæc ipsa octaua emanatio, dicente Dionysio, **τοὺς ἀγγέλους ἐνοποιεῖ κατὰ τὰς ἐκδόσεις αὐτῆς καὶ τεταγμένως καὶ ἀοράτους ἡγεμονίας.** Et est semper ipsa litera **א** fundamēta

lis, vt in dictione **אשר**, quod Græce dicitur **λόγος**, nos rationale possumus appellare, vt ex ipso statim nomine scias mysticū esse quod dicit. Pannus erat breuis ex auro, & quatuor textus coloribus, septimū vestimētū pōtificū, habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facile rumperetur. intexti erant enim duodecim lapides miræ magnitudinis atq; pretij per quatuor ordines, ita vt in singulis versiculis terni lapides collocarentur: & in singulis illis lapidibus secundum ætates duodecim tribuum sculpta erant nomina. Cuius dictionis **אשר** literæ supputatæ dāt 358, quantū dant literæ **אשר** cum **אשר**: quod explicatur in nomine 42 literarum. quæ sunt **אב אל בן אל ורוח הקדש אל אל לא שלש האלהים כוהם אחר אלה** id est, pater deus, filius deus, spiritus sanctus deus, non tamē tres dij, sed vnus deus. in quo nomine quadragintaduuarū literarū deus mundum fabricauit: sicut asserunt omnes qui de huiusmodi nominibus tractant. Nam literæ **אשר** dant 316: cui si addantur 42, conscendetur ad 358, quantū reddit nomē **אשר**. Ex qb<sup>9</sup> cōcludit a pitiorib<sup>9</sup> huius artis, sacre scilicet arithmetices diuinarū literarū, qd illd rationale siue pectorale mysteriosissimū in quo erāt 12 lapides pretiosi inscripti cū nominibus electæ familiæ, & cū sacratissimis **האורים ותומים**. i. lumina & simplicitates, Christū vere representabat, i quo est virt<sup>9</sup> mundi creati, dicēte Ioā. **πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.** **¶** Nota est angelorū emanationis nonæ, q ab hebreis vocant **אשר**: & influunt de virtute

dei per mediū intelligētiae octaui ordinis, & eadē virtute inferioribus influunt: quos בְּרִי בְרִי Dionysius ponit in secundo ordine, vt diximus: extremo vero in loco idem ἀγγέλους cōstituit. οἱ γὰρ ἔφη ἀγγελοι συμπληρωτικῶς ἀποτελεσαν τὸ ὄσιον τὰς ὄλας τῶν οὐρανίων νοῶν διακοσμῶν κατὰ τὸ τελευταῖον ὡς ἐν οὐρανίαις δυσίαις ἔχοντες τὴν ἀγγελικὴν ἰδιότητα. καὶ μᾶλλον πρὸς ἡμῶν ἀγγελοι πρῶτα τὰς προτέρους διεικότερον ὀνομαζόμενοι, ὅσω ἂν πρὸς τὸ ἐμφανέστερον αὐτοῖς ἐστὶν ἡ ἱεραρχία, καὶ μᾶλλον περικόσμη. hoc est, Angeli namque, implendi peragunt munus, omnesque cælestium spirituum ordines complent, extremo in loco inter eximias illas immortales substantias angelicam proprietatem consecuti. Atque ideo a nobis angeli rectius quàm superiores appellantur, quòd scilicet & ipsorum ordo magis circa evidentiora & apertiora versatur, ac mundana ferme negotia ab eis disponuntur. Estque ipsa litera ו perpetuo essentialis, vt in dictione וי. i. ros, quod est nomē וישיב ad significandum filij dei in vterum virginis descensum, quod plurimis in locis compertum habemus, & præsertim apud Hoseam. xiiij. cap. cum deus ita per os eius loquitur. וישיב hoc est. Ero quasi ros Israeli. quod Ionathas in Chaldaem vertens sic exposuit. וישיב לבי כבשתי מריי אתי id est, Erit verbum meum velut ros Israeli.

ו litera decima significat, vt asserunt hebræi, essentialiam intelligentiarum emanationis deci-

mæ. Appellantur autem וישיב nobiles & patricij, suntque omnibus ἱεραρχίαις inferiores: & dei virtute illustrantur per nonum chorum, eademque virtute influunt filijs hominum cognitionem & scientiam rerū, mirificamque industriam. vnde dicuntur qui tali præditi sunt facultate, וישיב בני, id est homines nobilis intelligentiæ: de quibus illud legitur psalmo 49 וישיב בני עם עם בני בני עם עם. hoc est, quique terrigenæ, & filij hominum. quod proprie sic legitur, tam filij plebei, quàm filij patricij. quasi diceretur, tam agrestes quàm nobiles. Eam denominationem ab hoc intelligentiarum ordine sumimus nos ipsi. Est enim in nobis intellectus agens summa pars animæ: quam Aristoteles νοῦν, hoc est mentē appellat: quæ nobis sola de foris aduenit. Inde procedunt visiones prophetice, ac omnia magna & sancta. vocatur autem ab Hebr. וישיב Eadē p̄p̄modū, nō distinguēs hanc emanationem nec ab angelis nec ab vltima hierarchia, asserit Dionysius, his verbis: τῶν ἡ τῶν ἀρχῶν καὶ ἀρχαγγέλων καὶ ἀγγέλων ἐμφαντορικὴν διακόσμησιν ταῖς ἀνωθροπέαις ἱεραρχίαις δὲ ἀλλήλων διητέον ἐπισατέριον ἢ κατὰ τάξιν ἢ πρὸς τὸν θεὸν ἀναγωγὴ καὶ ἐπιστροφή, καὶ κοινωνία, καὶ ἔνωσις, καὶ μὲν παρὰ θεῶ πάσαις ταῖς ἱεραρχίαις ἀγαθοπρεπῶς ἐνδιδομένη καὶ κοινωνικῶς ἐπιφοιτώσα μετ' ἐνοουσίας ἱερωτάτης πόροδος, ἐνθερ ἡ θεολογία τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν ἀγγέλοις ἀπονέμηναι ἀρχοντας τῶν ἰουδαίων λαοῦ τὸν μιχαὴλ ὀνομάζουσα



σα, ἢ ἄλλους ἑθνῶν ἑτέρων. ἔσησεν γὰρ ὁ ὕψι-  
 σος ὄρια ἑθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων. hoc  
 est. At vero principatuum, archangelorum an-  
 gelorumq; postremā distributionem enuncians  
 di munus adeptam, humanis ordinibus ac fun-  
 ctionibus sacris vicissim præesse putādum est:  
 vt illius ministerio suo ordine ferantur ad deū  
 & conuertantur, sintque ipsius societate & con-  
 sunctione foelices, dum diuinus processus exi-  
 mia dignatione cunctis sacris ordinibus indul-  
 getur, & socialiter ac diuino cum ornatu reuela-  
 tur. Hinc profecto humanam istam sacramque  
 functionem angelis sacra scriptura distribuit:  
 quæ Michaelem principem Iudaicæ gentis ap-  
 pellat, & alios cæterarū nationum. Statuit enim  
 altissimus terminos gentium iuxta numerum  
 angelorum.

¶ Hanc literam א maxime inter cæteras asse-  
 rimus diuinam, propterea quod præcipua diui-  
 na nomina hac scribuntur, vt אהיה אהיה אהיה  
 אהיה, id est, qui fuit, est, & erit. Nam trium  
 temporum verbi substantiui differentias com-  
 plectitur, præteriti scilicet, præsentis, & futuri.  
 Secunda enim & tertia litera ipsius nominis,  
 scilicet ה & ו primam personam præteriti tē-  
 poris eiusdē verbi notat, quæ est הוה, id est  
 fui: quarta vero primam præsentis temporis  
 indicat personam, quæ est הוה, id est sum.  
 prima autē, scilicet א, quæ principio primæ per-  
 sonæ futuri tēporis cuiusq; verbi apponi solet,  
 primam futuri denotat personā. quocirca illud  
 Exo. 3 ca: אהיה אשר אהיה ויאמר בת

תאמר לבני ישראל אהיה שלחני  
 על יבם quis interpretari poterit ita, Sim qui  
 sim. & ait, Sic dices filiis israel. Qui fuit, est, &  
 erit, misit me ad vos. ¶ Secundum nomen habēs  
 א est יהוה, quod magno mysterio ineffabile  
 dicitur. ita enim distincte diuinam essentiam  
 significat, vt cum simplicissima ipsius vnitate,  
 & diuinarum personarum trinitatem, & æter-  
 nam earum distinctionē, originem, productio-  
 nemque aperte insinuet. Quia igitur deus tri-  
 nus & vnus, qui omnino ineffabilis est, atque in-  
 comprehensibilis, per hoc nomen significatur,  
 idcirco nomen ipsum ineffabile dicitur. Eam  
 ob rem antiqui Iudæorum à Mose illo magno  
 edocti, ad designandum hanc diuinæ trinitatis  
 & vnitatis ineffabilitatem, statuerunt hoc no-  
 mē minime proferri: sed vbicūq; inueniret, loco  
 eius nomen hoc אהיה, id est dominus pro-  
 nunciari debere. ob hanc etiam dei ineffabilita-  
 tē dixit Rabbenu Haccados אהיה אהיה אהיה  
 לאל שם אשר אנו נוכל להשיג  
 תברת לפי שעצמותו הוא שמו  
 אהיה אהיה אהיה. idcirco notū tibi facio,  
 deū nō habere nomē, cuius cognitionē nos habe-  
 re possim: quāquidē eius substantia est nomē eius,  
 & cōtra. Quod Mercur. quoq; Trimeg. sentire  
 videt, dū ait, ἐστὶ τὸ ὄν ἀνόνομα, id est, Est  
 enim qui est, absque nomine. & rursus de hu-  
 sulce nominis ineffabilitate inquit, οὐ τὸ ὄνο-  
 μα δὲ δύναται ἀνθρωπίνῳ σώματι λα-  
 λῆσθαι. hoc est, cuius nomen non potest  
 humano ore effari. Quod neque cacodæmon

tacere potuit. Nam Apollo Delphicus quæren-  
ti cuidā quid deus esset, ita inter cætera respon-  
dit, οὐ τὸ ὄνομα μὴ εἰ λόγῳ χορεύμενος, id  
est, Cuius nomen nec verbo capiendum. Hinc  
deus loquens de hoc nomine Exodi 3 dixit,  
אֲנִי אֶלֹהִים hoc est, nomen meum ad  
occultandum. ubi aliqui dixerunt in æternum.  
quod verum esset si scriberetur cum ך, hoc mo-  
do אֶלֹהִים. Sed ea dicitio non habet ך, & de-  
scendit à verbo אֶלֹהִים quod occultare siue cela-  
re significat. Quod quidē nomē אֱלֹהִים occultā-  
dum propter indignos, inuenitur manifestatum  
& detectum ob ipsos mites & pios in hoc ver-  
siculo per literas vltimas אֱלֹהִים אֲנִי אֶלֹהִים  
אֱלֹהִים אֲנִי אֶלֹהִים. id est, Si dixerint mihi, quod nos  
men eius? quid? Hocce nomen אֱלֹהִים perfectiss-  
sime discipulis suis exposuit. quare & patrem  
alloquens (vt Ioan. habetur 17 cap.) inquit,  
ἐφάνηρά σοι τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις  
οὓς ἀγάπῃς μοι ἐκ κόσμου. Ex quo prædicto  
nomine tria alia diuina nomina componi vete-  
res hebræorū asseruerūt, scilicet אֱלֹהִים, אֱלֹהִים, אֱלֹהִים  
Primum quod idem est quod deus, patrem de-  
signat, qui totius diuinitatis fons est, & com-  
ponitur ex א prima litera, & ה secunda eius-  
dem nominis: de quo Hieronymus ait. Octauū  
scilicet nomen est אֱלֹהִים. quod in deo tantum po-  
nitur, & in תִּלְלוּרִית extrema quoque syl-  
laba sonat. Afferitq; Origenes quoddā תִּלְלוּרִית  
אֱלֹהִים אֱלֹהִים & אֱלֹהִים propter vernacu-  
lum vniuscuiusq; linguæ idioma non possit ita  
apud alios sonare, vt apud suos dicta sunt: &

multo melius esse non interpretata ponere, q̄  
vim eorum interpretatione tenuare. Igitur  
תִּלְלוּרִית exprimit laudate dñm: אֱלֹהִים vero  
Aquila, referente Hieronymo, ἀπειρομένως  
exprimit: quod nos fideliter possumus dicere,  
ductum aduerbium ex nomine fidei אֱלֹהִים.  
Septuagintaduo γένοιτο, id est fiat. Vnde & in  
fine librorum (in quinq; siquidē volumina psal-  
terium apud hebræos diuisum est) γένοιτο γέ-  
νοιτο transtulerunt: quod in hebræo legitur  
אֱלֹהִים אֱלֹהִים: quo scilicet ea vere dicta quæ sunt  
supra, consistuntur. Vnde & Paulus asserit non  
posse aliquem respondere אֱלֹהִים, id est confir-  
mare quæ prædicata sunt, nisi intellexerit præ-  
dicationem. אֱלֹהִים אֱלֹהִים magis Syrum est, vt  
ait diuus Hieronymus, quàm hebraicū: tamen si  
ex confinio vtrarumq; linguarum aliquid & he-  
bræum sonet: & interpretatur, dominus noster  
venit: vt sit sensus, Si quis non amat dominum  
אֱלֹהִים Christum, ἀγάπημα sit: & illo completo  
deinceps inferatur, dominus noster venit. quoddā  
superfluum sit aduersus eum odijs pertinaci-  
bus velle contendere, quem venisse constet. Se-  
cundum vero nomen ex secunda & tertia cons-  
tat litera, sic אֱלֹהִים: quod ipse interpretatur, & fi-  
lium significat, quia ipse profecto est quē pro-  
phetæ ad redimendum genus humanum ventu-  
rum prædixerunt, & digito quandoque mon-  
strādū, iuxta illud Esaia 35 cap. אֱלֹהִים  
אֱלֹהִים, id est, Deus ipse veniet, &  
saluabit nos. Tertium denique nomē diuinum  
ex tertia & quarta constituitur litera, scilicet אֱלֹהִים

& ת, sic תתת. i. & ipse: & spiritū sanctū denotat: quia & ipse quoq; post filiū visibiliter mitti debebat in colūbæ specie, & linguis igneis, nō sibi hypostatice vnitis, sed tanq̄ sub signo. In hoc autē, q̄ secundū nomē descendit à primo, & tertium à secūdo (nā litera ת cōmunis est primo & secūdo nomini, י vero cōmunis est secūdo & tertio) ostēditur planē filiū cōsubstantialē esse patri à quo genitus est, & spiritū sanctum cōsubstantialē esse filio, qui cōsubstantialis est patri: ut palam liqueat & filiū esse in patre, & patre in filio, ac spiritum sanctum esse in vtroq;. ¶ Superfunt duo diuina nomina habētia ipsum י, nempe ישׁוּ & אלהים: à quibus non minorem cōsonantiam habet corpus humanū, quā inter membra & humores adinuicem, & inter animam atq; spiritum regentem. Vnde maximo sacramento data sunt tot præcepta affirmatiua in lege Mosaica, quot sunt ossa ī corpore humano, videlicet 248: & tot negatiua, quot sunt nerui in eodem corpore, qui sunt non sine magno sacramento 365: quo numero dies & noctes anni comprehenduntur: quæ simul iuncta excrescunt ad 613: quem numerum itidē reddūt literæ nominis dei אלהים si repleatur, & nomē ישׁוּ addito vno significante illud quod resultat ex vtroque. Si enim impleantur, id est si literæ cōponentes nomē אלהים in proprijs scripturis pronuncientur, אלהים conflabitur ex eis numerus 296: & literæ nominis ישׁוּ dant 316: quæ simul iunctæ faciunt 612. & illud vnum quod ex eis resultat, perducit numerū ad 613:

quo quidē secundū doctrinā secretiorū theologorū magno mystērio denotat q̄ plenitudo iudicij cōtenta sub hoc nomine אלהים data est ישׁוּ, q̄ ait, Neq; enim pater iudicat quenq̄, qui oīa iudicaturus iterū ait, De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddet rationē in die iudicij: multo magis de omni quod factum fuerit cōtra præcepta tā affirmatiua q̄ negatiua. à quibus non sumus exempti, cum omnia illa cōcludant in breui sed mysterioso verbo euangelico, in quo absorbetur tota perfectio omnium, dicente ישׁוּ, Ab his duobus mandatis, amore videlicet dei, & proximi, tota lex pēdet, & prophetæ: quæ qui adimpleuerit, sentiet illam perfectissimam harmoniam quam Augustinus dicit esse non solum in his quæ foris patent suis numeris & mensuris coaptata, sed etiam in his quæ humanus oculus non pertingit, tanta numerositate & cōsonantia cōducta, vt nullus eam inuenire potuerit. In quibus præceptis qui cum deo penitus cōcordarit atq; conuenerit, melius sentiet quā intelliget viuacitatem illam rationis quæ in corpore quadam coaptatione miscetur: veluti grauium leuiumq; vocum in vnam consonantiam tendentem concentus qui vere futurus est in regno illo cū ישׁוּ אלהים audietq; illud citharcedi תלגנו עצמות רבות. id est. Exultabunt ossa quæ contriuiti. Hinc magnifico quodam sensu inquit D. Augustinus q̄ omnes nerui & membra corporū fuscitatorum resultabunt in laudem principis ישׁוּ, & tanto melliori concentu, quanto con-

e liij.

sonantiores fuerint homines cū ליתים ישר  
in obseruandis diuinis illis præceptis in ipsis no  
minibus contentis.

Ⓒ ל litera, vt dicunt hebræi, designat primum  
mobile, quod primo mouenti & fonti omnium  
rerum respondet: qui omnia mouens, trahit ad  
se omnia, veluti centrum omnes lineas circum  
ferentia in se concludit.

Ⓒ ך finale significat, vt nonnulli eorum asse  
runt, girum stellarum fixarū, quæ sphaera octa  
ua nominatur: quæ diuiditur in duodecim ξω  
σικαοῦ signa, quæ hebræi מולות appellant.  
Quæ litera ך in principio & fine potest esse  
seruilis, & substantialis: in medio vero semper  
est fundamentalis, siue naturalis: vt in dictione  
חכמה, id est sapientia. quæ quidem dictione  
est symbolum omnium mandatorum dei. cum  
enim quatuor illius vocabuli elementa de pro  
prijs scripturis pñciaueris, חיה בת מם הי, cum  
cōstabitur ex eis numerus 613 altissimi man  
datorum, quæ doctores hebræi תריג ap  
pellant.

Ⓒ ש est signū primæ sphaeræ planetarum, qui  
dicuntur ab hebræis לכת quasi ambulones,  
quos latini erroneos appellant, instar græcorum  
qui ob id eos asserunt esse ωλανθρας: diciturq;  
orbis septimus Saturno attribui, quæ שבתיא  
nuncupāt secretiores hebræi. Estque ipsa litera  
ש in principio tantum seruilis, vt diximus, &  
substantialis: vt in dictione לשב. i. cor: cuius lite  
ræ reddunt numerū 32 iustitiæ, quia semper  
diuisibilis i partes æquales vsq; ad vnitatē. q itē

numerus coacesuatur non sine magno sacramen  
to ex 22 literis alphabeti, & 10 numerationi  
bus vel mēsuris diuinis, quibus deus omnia me  
titur: ex quibus constituūtur illi 32 gradus intel  
lectus, vt plenius dicemus in myriade nostra, ad  
quos cordi mundo datum est conscendere, iuxta  
illud, Ascensiones in corde suo disposuit. & Be  
ti mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt.  
Ⓒ מ apertum notat sphaeram Iouis, qui ab he  
bræis מיקס nominatur. ם clausum est symbolū  
sphaeræ Martis, qui appellat hebraice מארים  
quæ quidem litera siue aperta siue clausa, pote  
rit esse radicalis: vt patet in dictione מרים, de  
qua ait Rabbenu Haccados, q; Iudæi qui ipsam  
matrem ישך antecesserunt, sciuerunt quo nomi  
ne ipsa vocāda esset, probantque id ex cap. ix.  
Esaia, vbi habetur, למסרכת תמשרת, id est  
ad multiplicandum imperium vel principatum.  
nam ab his dictionibus oritur מרים שרת. i.  
Maria dña. Hoc modo si accipias לם & ך cōsti  
tuent primā particulā למך. Si autē accipieris  
ת ex למרכת & ת hui⁹ dictionis תמשרת  
quarum singularū numerus est 5, & ambę 10 cū  
valeant, significant ך huius dictionis מרים, &  
addito ך dictionis sequentis fit מרים, fit ita  
que ex למרכת תמשרת. i. ad multiplican  
dum principatū למרים שרת. i. Marię domi  
næ, vt nobis innotescat hanc מרים esse domi  
nam, ac cælorum reginam. Nec absque myste  
rio duplex ת mutatur in ך. nam quemadmodū  
ת componitur ex ך & ת, ita ישך consistit ex di  
uinitate & humanitate: & sicut hæc duo ת sunt

duo  $\gamma$  ex quibus procedūt duo  $\gamma$ , tanquam duo filij qui ab ipsis oriuntur, ita in substantia  $\gamma$  inueniuntur duę filiationes, quarum vna est diuinitatis, qua dei filius est: altera humanitatis, qua est filius  $\text{מריה}$ . Quę autē  $\text{ב}$  huius dictionis positū sit in medio nominis  $\text{מריה}$ , ostendit beatissimę virginis mentem & cogitationem omnē esse, vt suam virginitatē cōseruet. Erit enim virgo mēte & actu: quoniā per  $\text{בתולה}$ , .i. virgo significat. Hactenus Rabbenu Haccados. ¶ Nō prętereundū ipse duco, quod apud hebręos sunt tria vocabula virginem significantia, videlicet  $\text{עלמות}$  &  $\text{בתולה}$  &  $\text{נערה}$ . Primum solum ætatis respectum habens, puellā siue adolescentulam significat, tam virginem quę corruptam. Secundum, scilicet  $\text{בתולה}$  ad virginitatem duntaxat respectum habens, virginem significat, siue adolescentula sit, siue anus:  $\text{עלמות}$  autē significat adolescentulam & virginem. Quapropter mulier, siue iuuenicula sit siue annosa, quādiu virgo est,  $\text{בתולה}$  appellatur. quādiu autem iuuenicula est, siue virgo siue corrupta sit,  $\text{נערה}$  nuncupari potest.  $\text{עלמות}$  vero nulla vocari potest, nisi & iuuenicula sit, & virgo intacta. Quod ipsa quoque vocabuli interpretatio aperte indicat. deriuatur enim  $\text{עלמות}$  a verbo  $\text{עלם}$ , quod abscondere siue celare significat. quamobrem  $\text{עלמות}$  apud hebręos adolescentulā ab aspectibus hominum absconditā, celatā & occultā, atque omnino intactā significat. Restat mysteriū aliud in dictione  $\text{לסר בת}$  in qua inuenit̄ rarū quiddā, quod in tota scriptura nō occurrit, nepe  $\text{ב}$ . .i. finale  $\text{מ}$

elauū in medio, quod nō solet poni nisi in fine dictionis. Cuius mysteriū crediderim, quod perpetua virginitas  $\text{מריה}$  insinuatur. quidā suspicantur quod regnū  $\text{ישׁר}$  prius fuerit arctatū intra regnū Iudeorū. cōtrario modo iuenit̄ cōtra rationē grāmaticā. .ij. Esdræ. .ij. cap. in fine dictionis  $\text{מ}$  apertū. dicit cū  $\text{המ פרוציה}$ . Pręterea  $\text{ב}$  clausū eiusdē dictionis  $\text{לסר בת}$  quę numerū 600 importat, ostēdit magno sacramēto quod ab hora quę prophetatū fuit  $\text{הנה עלמות תרה}$ , hoc est, Ecce virgo cōcipiet, vsque ad natiuitatē  $\text{ישׁר}$  600 ad vnguē anni præterierūt.  $\text{נ}$  significat scđm hebręos luminare maius: quod ab eis vocat̄  $\text{שמש}$ , id est sol: & eius sphaera dicitur orbis  $\text{המה}$ . ¶ finale sphaerā indicat Veneris, quę ab hebręis vocat̄  $\text{נרצת}$ : quę quōdē lsa in principio vocē passiuam denotat: vt  $\text{ישבע יתרת}$ . .i. iurauit dominus. quod exēplū eo libētius citauit, quo agnoscas nostrā incredulitatē, quę & a deo iuramētū extorquet, & tāta est eius in nos indulgētia, vt se nrę infirmitati accommodās, ob nostrā salutē etiā iurare non dedignēt̄. & vide formā verbi passiuū, quōsi dicat, adiurat̄, & sacramēto astrict̄ ptulit. quo nimirū a facilitate iurādi nos dehortat̄. quāquā interī nō nesciā passiuā p̄ actiuā, aut, vt gręci vocant, medijs accipi: vt  $\text{ישפט}$ . .i. iudicat: &  $\text{ישבע}$ . .i. iuratus. quomodo & latini dicūt, Iuratus sum p̄ iurauī, vel adactus iusiurandū præstiti. Tullius in rhetoricis, quid iuratus sit, pro quid iurauerit. In capite etiam ipsa litera  $\text{נ}$  est substāntialis, vt in dictione  $\text{נחש}$ , quę hebręis serpentem & tene

tare significat. Hinc magno mysterio legitur apud Matthæum. iiii. cap. Christum a tentatore, qui in serpente figurabatur, tentatum esse.

Ⲙ est symbolum cancellarij, qui dicitur ab hebræis **בַּרְבַּב**, & latine Mercurius: estq; ipsa litera semper naturalis, vt in dictione **מַרְבַּבְּרַב**, id est foeminalia vel braccæ vsq; ad genua pertinentes. Græce dicuntur **περισπασθῆ**. Refert Iosephus de hoc genere vestimenti qd ex octo primis (nā etate eius, vt ait Hieronymus, adhuc templum stabat, & nondum Vespasianus & Titus Hierosolymam subuerterant: & erat ipse de genere sacerdotali: multoq; plus intelligitur quod oculis videtur, q̄ quod aure percipitur) hæc foeminalia de bysso reorta ob fortitudinem solere contexti, & non postq̄ incisa fuerint, acu consui. nō enim posse in tela huiusmodi fieri: de quibus ait diuus Hierony. Lincis foeminalibus, quæ vsq; ad genua & poplites veniunt, verenda celantur, & superior pars sub vmbilico vehementer astringitur: vt si quando expediti mactant victimas, tauros & arietes, trahūt portantq; onera, & in officio ministrandi sunt, etiam si lapsi fuerint, & femora reuelauerint, non pateat quod operitū est. Inde & gradus altaris prohibentur fieri, ne inferior populus ascendentium verenda cōspiciat. Ab eadē litera **Ⲙ** incipit dictio **Ⲙⲗⲗ** quod nos petram vel fortem, vel montem petrosū, aut confugium possumus interpretari. Et quis est fortis & omnipotens, & supremum omnium confugium, nisi pater æternus? Nec miretur quispiam q̄ petra nunc pro patre, nunc pro

filio in sacris literis accipiatur: quia aliquando in ipsis sacris eloquijs pro vtroq; simul ponitur. nam **Ⲙⲗⲗ** lapidem significat. cuius dictionis si duæ primæ literæ accipiant, **Ⲙⲗ** faciunt, quod patrem significat. si autem mediā cum vltima coniungatur, **Ⲙⲗⲗ** constituent: quod filius interpretatur. **Ⲙⲗⲗ** igitur quod nos dicimus petram, & patrem & filium designat, qui ijdem sunt, reprobati quidē ab illis ædificātib; & construētib; doctrinas & statuta hebræis siue Turcis, qui non confitentur deum patrem, & filium eius **Ⲙⲗⲗ** Christum. **Ⲙⲗ** est nota, vt dicunt hebræi, spheræ lunæ, quæ ab eis dicitur **ⲗⲗⲗ**, & apparet quasi oculus sinister mundi, estq; inter astrifera vltimus orbium: & propter albedinem quandoque nominatur **ⲗⲗⲗⲗ**. Et est ipsa litera **ⲗ** semper radicalis: vt in dictione **ⲗⲗⲗ**, id est fons & oculus: adeo q̄ oculus & fons diuinæ pietatis idē sit, sicut & idem est oculus & fons pietatis in nobis: qui si aperiatur ad lachrymas fundendas pro dei amore, & præ dolore **ⲗⲗⲗ** pro nobis mortē acerbissimā passi, & afflicti proximi, statim diuinæ pietatis fons ad compatiendū lachrymanti aperitur. ideo saluator dixit, Beati qui lugēt, quoniam ipsi consolabuntur. exuberantia videlicet diuinæ pietatis suscepta ab illo fonte, de quo dicitur, Quoniam apud te est fons vitæ. **Ⲙⲗ**, vt asserunt hebræi, significat animam intellectualem singularem & vniuersalem, & dirigitur ab intelligentijs separatis, quibus infunditur tā in spheris q̄ in stellis, & in omnibus animatis superioribus & inferioribus spherarum & elementorum.

¶ finale denotat secundū eosdem spiritus animales, qui diriguntur ab intelligentijs superioribus de virtute atq; mandato dei. Estq; ipsa litera **ה** semper essentialis: vt in dictione **הַרְרָה**. i. vitula siue vacca quæ eligebatur in sacrificium contra peccatum vituli adorati, vt expurgatio fieret per id per quod filij Israel peccauerant. Si autē referare aliquid de recōditis mysterijs velimus, hæc vitula est beata virgo de pgenie **אֲרִמְרָה** id est ruffi David: per quam inducta est benedictio expellens maledictionē & infectionem diffusam per Euam in humanum genus. Videamus quanta consonantia oīa in hunc sensum cōueniant. Eua **אָרָה**. i. rubea terrestris, **רִמְרָה** rubea cęlestis, & plena igneo spū, plenaq; grā. ideo dicit q; vitula illa eligēda erat perfecta, integra, & sine aliqua macula, quæ nec fuerit pressa aliquo iugo, sicut & virgo cęlesti oraculo protestata est dicens, **וְיָרָה יְרֵעָה**. i. Quoniam vitum non cognosco. Huius quoq; vitulæ sacrificium & omnia mysteria celebrata fuere extra castra, & communem cœtum etiam electi populi, sicut & **רִמְרָה** mysteria omnia celebrata sunt extra communem legem. Et vt aliquid de mysterijs secretioris Theologiæ referamus, obseruabimus etiam quanto sacramento numeri literarum **הַרְרָה** & **רִמְרָה** conueniant, nomen enim **רִמְרָה** dat 290, **הַרְרָה** autem dat 285. cui si restituatur **ה** siue quinarium a **הַרְרָה** ablatum, iubente domino, quæ prius dicebatur **שָׁרָה**, confurgit 290: qui numerus fuit etiam

ablatus a prima muliere per **אֲרָה** quādo vocauit eam **אֲשָׁה**. Vbi aduertendum est q; **אֲשָׁה** dat 311. sed nomen mulieris quod est **אֲשָׁה**, dat 306, deficiēs p quinarium a nomine viri. Hoc igitur quinario restituto **הַרְרָה** vt sit perfecta, & quadam virilitate plena, dat 290, quantum rededit nomen **רִמְרָה**, quæ plena fuit omni virtute & virilitate, vt pareret sine viro.

¶ **צ** symbolizat, vt dicunt hebræi, materiam tam cęlorum, quæ est intelligibilis, quàm elementorum, quæ est sensibilis, omniumq; mistorum. **צ** finale monstrat elementorum formas. Et est ipsa litera ppetuo radicalis, vt in dictione **צֶמֶח**, id est germen, quod est vnum ex nominibus **ישׁוּעַ**: vt patet apud Zachariam 6 capite **תָּוֹא אִישׁ צֶמֶח שִׁמּוֹר**, id est, Ecce vir, germen nomen eius. Ab eadem litera **צ** incipit aliud nomē **ישׁוּעַ**, scilicet **צַדִּיק**, vt patet per Zachariam. ix. cap. **יְהוָה מַלְכֵךְ יִבְרָא צַדִּיק**. i. Ecce rex tuus veniet tibi iustus.

¶ **ק** est symbolum inanimatorum & mineralium, & eorū quæ dicuntur elementata & mista. Et est perpetuo naturalis, vt in dictione **קִיקָרָה** id est: & vocauit. vbi non sine mysterio dicit scriptura in principio voluminis Leuitici **קִיקָרָה** Mosem non exprimens quis vocauerit, sicut vocare cōsueuerat. Vnde inquirendū est quis vocauerit, cū nō sine mysterio p̄missum sit in hoc principio libri: qđ in toto progressu facere cōsueuit. Sed si supputet nūer<sup>9</sup> importat<sup>9</sup> p̄ lras illius principij qđ est **קִיקָרָה**, mysteriū incipit in dā

gari. dant enim illæ literæ 316 adiuncto א, ubi innuitur nomen וישא, quod tantundem in numero importat, & est nomen illius qui dedit virtutē omnibus sacrificijs in libro Leuitico tractatis, qui magno mysterio a dictione אררר incipit, & ab eadem nomen habet, cui adiungitur א patrem significans existentem cum filio, & omnia cum ipso operantem, sicuti ipsemet filius testatur dicens, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. אר, vt afferunt hebræi, significat omnia vegetantia, fructus & fruges, ac terræ nascencia. Et est semper radicalis, vt in dictionibus ורר & ורר. Primum latinus interpres ex voce græcanica *σείωμα* firmamentum interpretatus est, naentem lxxij non vsq; adeo (vt videtur) affectus. Nam illi etymon vocis græcanicæ nō a *σείω*, quod est firmo, sed a *σείωμα*, quod priuo significat, deduxisse videntur. Latine separamentum aut tabulatum non inepte dici posset. separat enim angelos ab ijs quæ infra sunt: participat autem tabulatum, istud partim angelis, partim inferiorib; hebraicæ vox ipsa ורר extensionem significat, ad quā David psal. ciiij. alludit, Extendens cælos sicut pellem. Secundum vocabulum, scilicet ורר, mēdaciū significat: & est nomen omnino oppositum ipsi אמת. i. veritati: de qua plura diximus. nam hæc dictione ורר eis scribitur literis quæ nullam habent stabilitatem, nec stare possunt seorsum, neq; simul iunctæ: vt vera sit parœmia, Mendacium breues pedes habet, imò claudos & debiles. Insuper aduertendum est numeros literarum ורר multum

tum discrepare a numeris denotatis per literas אמת. א enim vnitatē significat, & 1000: alia, scilicet ו, 40. tertia vero videlicet א, 400. inueniunt quæ ipsa veritas dephēdit & colligat res diuinas denotatas p א, cælestes p ו, & terrestres p א. Literæ autē oēs ורר importāt cētenarios addictos rebus inferiorib; & crassiorib;, ubi viget ורר. Igitur quia nec figuræ nec numeri importati per eas literas continent aliquid soliditatis, innuitur quod ex se ורר facile corrui.

ורר designat omnia sensitiua tam reptilia terræ ac progressiua, quæ aquarum pisces, & aeris volucres, simul & quæcunq; irrationabilia vitalē motum habētia: & est in fine semper naturalis, vt in dictione אררר. i. sancta sacra vel meretrix. habēt enim hebræi dictiones quasdam quæ vtramq; habent significationem, sicut אמת nō solum peccare, sed peccatum expiare quoq; significat, & ארר benedixit & maledixit exprimit, quæadmodum latini sacrum pro execrabilis dicūt: vt est illud, Auri sacra fames. Hanc literam ו posuimus in septima connexionē, nō sine magno sacramento. ea vero consonans est litera, nō fortuito capta, nec imprudēter arrepta, nō ab imperitia neq; incitia, aut præter opinionem præterve spem admissa, sed prouidentia summi dei omnia circumspiciente, omnia dispensante iuxta æternū suæ rationis examen ex vniuersis characteribus electa, qua scriberetur nomen ורר: quæ apud latinos es nominatur, quæq; hebraice ignem significat, & nomen dei. Hic est ille dei maximus אמת. i. ignis, qui ait, Veni mit



tere ignem in terram. Hinc magno mysterio de hac litera **ש** dicitur a contēplatiſſimis ita istud **אז הוהל לשרא בשם יהוה**. i. tunc expectatus est vocari per **ש** literā, q̄ iuxta numeros valet idē quod **ברחמים**. i. in miserationibus: & **מ** litera designat **מִתּוֹךְ**. i. de medio: per idē atque hoc modo intelligi deberet, **אז הוהל לשרא בשם יהוה**. i. tunc expectatus est vocari per **ש** de medio **יהוה**: vtroq; **אז** in **ש** magno sacramento, vt diximus, verso.

**א** est symbolum hominis & naturæ humanæ, quæ est perfectio & finis omniū creaturarum. quæ qdē litera **א** vna est ex literis illis quæ recte piunt virgulam raphe. sunt enim istæ septem **א ב ג ד ה ו ז**, in quibus semper debet subaudi-ri ac intelligi aut superinijci ipsum raphe quando in umbilico earum non est pūctus dagges. i. auctio, dicta, vt videt, à **א צ א**. i. creuit: q; ei⁹ accessu litera velut grauida grandescat, aut eadē al-tera accrescat: quā auctiōnē vna ex istis literis quatuor **א ב ג ד** aufert: & cū precedētē dictiō- nem terminat, regulariter sequentis dictiōnis prima litera debet leniter pronūciari. atq; haud scio an raphe. i. lenitatis appellatio sit à **רפה** desumpta, quod refedit, & aliquando reticuit significat, quasi literam sibi subsistentem des- dere, quietē mve agere, aut certe partim inter- sere, minūſve seipsam sonare cogat. natiuam enim literæ pronouationem superinijctū ra- phe magnopere remoratur ac impedit. nam il- lis septem incumbens, eas aspiratione quasi tar- dat, supprim itq; ad naturam aspiratarum, ac si

onere torpescerent. quod ad exercitandum inge- nia plurimum valet, ne torpeamus segnitie. nihil enim in sacra scriptura fit sine ratione. Igit̄ istę quatuor literæ **א ב ג ד** quia multa propin- quitate nomini diuino ineffabili sunt iunctæ, imò sunt literæ quibus præcipua dei nomina scribūtur, cum quadam mansuetudine, lenitate ac quiete prolationem post se faciunt. sic enim legit̄ Malachiæ 2, **וּמַפְנֵי שְׁמִי נַחַת הוּא**, hoc est, propter nomen meum leniuit ipse. Eadē ipsa litera **א** finiunt nomina foemina. nam omnia nomina hebraica, siue sint propria siue appellatiua, substantiua, adiectiua, verbalia, de- nominatiua, abstracta, concreta, simplicia vel composita, masculini generis inueniunt vel fo- minini, vel vtriusq; duplicem enim eis sexum hebræi attribuunt secundum naturam, vocant̄ que **זכר ונקבה** Genes. 5. Masculum & foeminam creauit eos. Omne autem nomen cuius plurale terminatur in **ים**, arbitramur esse generis masculini, vt est illud inimitabile **ωαὶ** **παργμένον** Esaiæ 44. quod cum præ sermonis elegantia, tum præ grauitate sententiæ non pos- test eodē cum paragmeni decore latinis reddi: **בגרים בגרו ובגר בגרים בגרו** id est, Perfidi siue præuaricatores præuarican- tur, & præuaricatione præuaricantur præuarica- tores. **ωαργμένον** voco, quū in eadem dictio- ne, sed affectu non significatione immutata lus- ditur, vt liber libere agit, seruitutē seruit seruus. Et quę in **ת** terminat plurale, afferim⁹ foemi- nina: vt **צבאות**. Hierony. affirmat hoc est

se quartum ex decem nominibus diuinis: quod  
 72 virtutum, Aquila exercituum transtulerunt.  
 & est ipsa litera א substantialis interdum in  
 principio, medio, & fine: vt רבתי רבתי  
 id est κένωμα κ' οὐσίη. i. sempiterna illa ante  
 creationem mundi priuatio, sempiternū illud  
 nihil, densissimæ non existentium rerum tene-  
 bræ: à quibus dictionib⁹, videlicet רבתי רבתי  
 putamus χάος vocabulum sumptum esse.  
 nam litera th apud hebræos & ch maximā ha-  
 bent in scriptura affinitatē. Prima enim sic א  
 altera sic ח pingitur. Quod itaq; apud Mosen  
 erat רבתי (q; primus oim hominū publicis lite-  
 ris commendauit ea quæ lumine & consortio di-  
 uino collustratus didicit sacramēta) gentes atq;  
 Græci ipsi per linguæ diuersitatem chou appella-  
 uere: facilisque est a chou ad χαῶσι transitus.  
 Idem dicendū etiā de רבתי, vna tantum litera  
 commutata. In fine etiam est radicalis, vt patet  
 in dictione רבתי: vnde & græci suum χαράττω  
 mutuarūt. i. excidit pro pepigit aut percussit. a-  
 pud veteres enim columnis erectis incidebant  
 fœdera: quemadmodum apud nos schedas excin-  
 dimus. Nam nos impacturi coronidē asserimus  
 q; literæ sanctissimæ linguæ multifariā sumun-  
 tur. Vnde adiuti penitus eruere poterimus pro-  
 cul abdita mysteria. Nam mira latent mysteria  
 in hoc idiomate sancto per arithmeticas suppu-  
 tationes, vel geometricas literarum figuras, siue  
 descriptas, siue transmutas, vel harmoniæ  
 consonantias ex formis characterum, cōiunctio-  
 nibus, separationib⁹, tortuositate, directione, de-

fectu, superabundantia, minoritate, maiorita-  
 te, coronatione, clausura, apertura, & ordine re-  
 sultantes: de quibus omnibus plenissime agemus  
 in myriade illa nostra. Præcipua tamen myste-  
 ria eruuntur in cōmutatione sacrarum literarū,  
 & in numerorum æqualitate: vt si verbi causa le-  
 gero Esaiæ. xl. ברא אלה. i. Quis hæc crea-  
 uit? per siruph, de qua diximus, conuertā in  
 אלה: tum actu redibit exordium Geneleos  
 ברא אלה: vt sit sentētia, quis hæc creauit  
 Deus creauit. Et Ezechiel sedit ad fluuium Cho-  
 bar, id est ad influentiam cherub, dicunt hebræi,  
 transponatur בוכר, & fit ברוב: & Nohe inue-  
 nit gratiam. Genesis. vj. cōuertendo enim נח fit  
 חן. De æqualitate vero numerorum sit exempli  
 gratia istud mysteriū. Legitur de Isahac & Re-  
 becca Genesis 25 ויתאר רבקה אשתו. i.  
 Et concepit Rebecca vxor sua. Ex quo diuinare  
 commodum nobis cōceditur quidnam Rebec-  
 ca conceperit. Per numerorum commensuratio-  
 nem reperiemus iuxta æqualitatem numeri  
 אשתו significare אש וקש, id est ignem  
 & stipulam. vtrumq; enim in se continet 707.  
 Cōcepit ergo Rebecca ignē & stipulam: quod  
 sacra comprobant eloquia, teste Abdia, qui ait,  
 Et erit domus Iacob ignis, & domus Esau stipu-  
 la. Et quia deuenimus ad coronidē, abunde  
 satisfactum iri pro præsentī putamus rudibus  
 alphabetarijs, si multis omiſſis ppter indignos  
 dicat tātū quadruplex illa acceptio lfarū. Aut  
 enim sumunt ab initio verbi ad aliquid aliud si-  
 gnificādū, vt תששי יובלן תשמרים

id est, dies sextus, & perfecti sunt cœli. ecce  
 רתודן. Aut à fine, vt לא בן תרשעים  
 quæ transpositæ faciunt אמון hoc est, Non lic  
 impij: quoniam non dicet אמון, iccirco in ge  
 hennam mittentur. Aut sunt quæ se offerant lin  
 gillatim, quælibet per integram dictionem vnâ  
 comprehensæ: vt, Multi insurgent aduersum  
 me. Qui sunt isti multi? Respondent secretio  
 res hebræi רבים sunt Romani, Babylonij,  
 Iudæi, & Medi. Aut postremum non relative ad  
 aliorum verborum constitutionem destinatur,  
 sed earum quælibet secundum suæ propieta  
 tis significationem sumitur: vt quando duorum  
 seculorum mentio fit, futurum seculum י lite  
 ra significat: & litera ת seculum præsens, iuxta  
 illud, בתבראם, id est, in ת creauit ea.

Accipe igit a me eo animo quo datur, studiose  
 linguæ sanctæ cultor, hoc de mysticis literis do  
 num vtile, lōge augustiora mysteria accepturus  
 ex illa myriade nostra mystica super nomine  
 ישך: in quo nomine flectatur omne genu, cele  
 stium, terrestrium, & infernorum. Amen.

דן

PARISIIS, ANNO DOMINI  
 M. D. XXXII, MENSE  
 MAIO.

Erratorum post impressionem ani  
 maduersorum recognitio.

Pag. 10. ver. 1. ceteris est augustior. Pag. 11.  
 ver. 18. siue. Pag. 12. ver. 2. ישך. Eadē ver. 11.  
 שמן. Pag. 14. ver. 18. dele non. Pag. 19.  
 ver. 9. codices. Pag. 22. ver. 28. בתודן. Pag.  
 24. ver. 28. perfectisq;. Pag. 25. ver. 1. dele lo  
 qui. Eadem ver. 28. לך. Pag. 26. ver. 24. עץ.  
 Pag. 27. ver. 10. בשמות. Pa. 29. ver. 10. ישך.  
 Pagina. 53. ver. 29. ררעד. Pagina. 54. ver. 5.  
 בתודשח. Pag. 55. ver. 21. מרים.